rex seruo tuo. sic faciet seruus tuus:
et misiboseth comedet super mensam
tuam quasi unus de filiis regis. Ha-
bebat autem misiboseth filium paruu-
lum nomine micha. Omnis uero cog-
natio domus siba seruiebat misibo-
seth. Porro misiboseth habitabat
in ierusalem. quia de mensa regis iu-
giter uescebatur: et erat claudus utroque
Factum est autem pede. XVII.
post hec ut moreretur rex filiorum a-
mon: et regnaret anon filius eius
pro eo. Dixitque dauid. Faciam mise-
ricordiam cum anon filio naas: sicut
fecit pater eius mecum misericordiam. Mi-
sit ergo dauid consolans eum per seruos
suos: super patris interitu. Cum autem
uenissent serui dauid in terram filiorum
amon: dixerunt principes filiorum a-
mon ad anon dominum suum. Putas quod
propter honorem patris tui dauid miserit
ad te consolatores: et non ideo ut in-
uestigaret et exploraret ciuitatem. et
euerteret eam misit dauid seruos suos
ad te: Tulit itaque anon seruos da-
uid: rasitque dimidiam partem barbe e-
orum: et precidit uestes eorum medias usque
ad nates: et dimisit eos. Quod cum
nunciatum esset dauid: misit in occur-
sum eorum. Erant enim uiri confu-
si turpiter ualde. Et mandauit eis
dauid. Manete in iericho donec
crescat barba uestra: et tunc reuertimini.

X

Uidentes autem filii amon quod iniu-
riam fecissent dauid. miserunt. et
conduxerunt mercede syrum roob.
et syrum soba. uiginti milia pedi-
tum: et a rege maacha mille uiros:
et ab istob duodecim milia uirorum.
Quod cum audisset dauid: misit ~~da~~
~~uid~~ ioab. et omnem exercitum bellatorum.
Egressi sunt ergo filii amon: et dire-
xerunt aciem ante ipsum introitum porte.
Syrus autem soba et roob et istob et
maacha seorsum erant in campo.
Uidens igitur ioab quod preparatum esset ad-
uersum se prelium ex aduerso. et post
tergum: elegit ex omnibus electis israel.
et instruxit aciem contra syrum. Re-
liquam autem partem populi: tradidit abi-
sai fratri suo. Qui direxit aciem ad-
uersum filios amon. Et ait ioab.
Si preualuerint aduersum me syri:
eris mihi in adiutorium. Si autem filii
amon preualuerint aduersum te: au-
xiliabor tibi. Esto uir fortis: et pug-
nemus pro populo nostro. et ciuitate dei nostri.
Dominus autem faciet quod bonum est in con-
spectu suo. Iniit itaque ioab et populus
qui erat cum eo certamen contra syros:
qui statim fugerunt a facie eius.
Filii autem amon uidentes quod fugis-
sent syri: fugerunt et ipsi a facie
abysai: et ingressi sunt ciuitatem.
Reuersusque est ioab a filiis amon: et
uenit ierusalem. Uidentes igitur filii amon
quoniam syri expauit. et quoniam corruis-
sent coram israel: congregati sunt pa-
riter. Misitque adadezer: et eduxit

IX

ſyros qui erant trans fluuiū: & ad
duxit exercitū eorū. Sobach autē
magiſter militie adrae zer. princeps
erat eorū. Quod cum nunciatū eēt
dauid: contraxit omnē isrl'em.
& transiuit iordanē. Venitq; in
helemā: & direxerunt aciē ſyri
ex aduerso dauid. & pugnauerunt
contra eum. Fugeruntq; ſyri a fa
cie isrl': & occidit dauid de ſyris
ſeptingentos currus: & quadraginta
milia equitū. Et ſobach principem
militie percuſſit: qui ſtatim mortu
us ē. Videntes autē uniuerſi reges qui erant
in presidio adrae zer uictos ſe ab
isrl' expauerunt & fugerunt quin
quaginta & octo milia corā isrl'.
Feceruntq; pacē cū isrl': & ſeruie
runt eis. Timueruntq; ſyri auxi
XI lium prebere filiis amon. Factum ē
autē uertente anno eo tempore quo ſo
lent reges ad bella procedere: misit
dauid ioab & ſeruos ſuos cū eo. et
uniuerſū isrl'. & uaſtauerunt filios a
mon: & obſederunt rabbath. Dauid
autē remanſit in ihrlm. XVIII.
Dum hec agerentur: accidit ut sur
geret dauid de ſtratu ſuo poſt me
ridiem: & deambularet in ſolario
domus regie: uiditq; mulierē la
uantē ſe ex aduerſo ſup ſolariū ſuū.
Erat autē mulier pulchra ualde.
Miſit ergo rex: & requiſiuit que eēt
mulier. Nunciatumq; ē ei qd ip
ſa eēt bethſabee filia heliam . uxor
urie ethei. Miſit itaq; dauid nun

cios: & tulit eam. Que cū ingreſ
ſa eēt ad illum: dormiuit cū ea.
Statimq; ſanctificata ē ab inmun
ditia ſua: & reuerſa ē domū ſuam.
concepto fetu. Mittenſq; nūciauit da
uid: & ait. Concepi. Miſit autē
dauid ~~autē dauid~~ ad ioab: dicens.
Mitte ad me uriā etheū. Miſit
q; ioab uriā ad dauid. Et uenit
urias ad dauid. Queſiuitq; dauid
quā recte ageret ioab & ppls: et q
modo amministraretur bellū. Et dixit
X dauid ad uriā. Vade in domū tu
am: & laua pedes tuos. Egreſſus
ē urias de domo regis: ſecutuſq;
ē eū cibus regius. Dormiuit autē
urias ante portā domus regie cū
aliis ſeruis dn̄i ſui: & n̄ deſcendit
in domū ſuā. Nunciatūq; ē dauid
a dicentib; Non iuit urias ad do
mū ſuā. Et ait dauid ad uriā. Nū
quid n̄ de uia longinqua uenisti:
quare n̄ aſcendiſti ad domū tuā:
Et ait urias ad regē. Archa dei & isrl'
& iuda in papilionib; habitant.
& dn̄s m̄s ioab. & ſerui dn̄i mei ſup
faciē t're manent: & ego ingrediar
domū meā ut comedam & bibam.
& dormiam cū uxore mea: Per ſa
lutē tuā. & p ſalutē anime tue: qd
n̄ faciam rem hanc. Ait ergo dauid
ad uriā. Mane hic etiā hodie: et
cras dimittam te. Manſit urias
in ihrlm die illa & altera: & uocauit
eum dauid ut comederet & biberet
coram ſe: & inebriauit eū. Qui e

gressus uespe dormiuit simul cū
in stratu suo cū seruis dnī sui da-
uid. & in domū suā n̄ descendit.
Factum ē ergo mane. & scripsit epis-
tolam dauid ad ioab. misitq; per
manū urie scribens in epła. Ponite
uriā ex aduerso belli ubi fortissimū
prelium ē. & derelinquite eū ut per-
cussus intereat. Igitur cū ioab obsi-
deret urbē. posuit uriā in loco
quo sciebat eē uiros fortissimos.
Egressiq; uiri de ciuitate. bella-
bant aduersum ioab. Et ceciderunt
de populo seruorum dauid. & mortuus
ē etiā urias etheus. Misit itaq; io-
ab. & nunciauit dauid omīa uerba
prelii. Precepitq; nuncio dicens. Cū
compleueris uniuersos sermones belli
ad regē. si eū uideris indignari.
& dixerit. quare accessistis ad mu-
rum ut preliaremini? an ignoraba-
tis qđ multa desuper ex muro tela
mittantur? Quis percussit abimelech
filiū ierobaal? Nonne mulier mi-
sit super eū fragmē mole de muro?
& interfecit eū in thebes? Quare iux-
ta murū accessistis? Dices. Etiam
seruus tuus urias etheus occubuit.
Abiit ergo nuncius. & uenit. & nar-
rauit dauid omīa que preceperat ei
ioab. Et dixit nuncius ad dauid.
Preualuerunt aduersum nos uiri.
& egressi sunt ad nos in agrū. Nos
autē facto impetu. persecuti eos fui-
mus usq; ad portā ciuitatis. Et di-
rexerunt iacula sagittarii ad ser-
uos tuos ex muro desuper. mortuiq;
sunt de seruis regis. Quin etiam
seruus tuus urias etheus mortuus ē.
Et dixit dauid ad nunciū. Hec
dices ioab. Non te frangat ista res.
Varius enim ē euentus prelii. & nunc
hunc. nunc illū consumit gladius.
Conforta bellatores tuos aduersum
urbē ut destruas eā. & exortare
eos. Audiuit autē uxor urie qđ
mortuus eēt urias uir suus. & plan-
xit eum. Transactoq; luctu. misit
dauid. & introduxit eā in domū
suā. & facta ē ei uxor. Peperitq; ei
filiū. & displicuit uerbum hoc qđ
fecerat dauid corā dn̄o. Misit ergo
dn̄s nathan prophetam ad dauid. Qui XII
cū uenisset ad eū. dixit ei. Respon-
de m̄ iudiciū. Duo uiri erant in
ciuitate una. unus diues. & alter
pauper. Diues habebat oues & boues
plurimos ualde. pauper autē nichil
habebat omnino. preter unā ouem
paruulā quā emerat & nutrierat. e-
rat. & que creuerat apud eū cū fi-
liis eius simul. & de pane illius co-
medens. & de calice eius bibens. & in
sinu illius dormiens. eratq; illi si-
cut filia. Cum autē peregrinus quidam
uenisset ad diuitē. parcens ille su-
mere de ouib; & de bub; suis. ut
exhiberet conuiuiū peregrino illi qui
uenerat ad se. tulit ouē uiri pauperis.
& preparauit cibos homini qui ue-
nerat ad se. Iratus autē indignatio-
ne dauid aduersus hominē illū ni-

nus: dixit ad nathan. Viuit do-
minus: quoniam filius mortis est uir qui
fecit hoc. Ouem reddat in qua-
druplum: eo quod fecerit uerbum is-
tud. et non pepercerit. Dixit autem na-
than ad dauid. Tu es ille uir: qui
fecisti hanc rem. Hec dicit dominus deus
israel. Ego unxi te in regem super israel:
et ego erui te de manu saul. et de-
di tibi domum domini tui: et uxores domini
tui dedi in sinu tuo: dedique tibi do-
mum israel et iuda. Et si parua sunt
ista: adiciam tibi multo maiora. Qua-
re ergo contempsisti uerbum domini: ut
faceres malum in conspectu meo? Uri-
am etheum percussisti gladio: et uxorem
illius accepisti uxorem: et interfecisti e-
um gladio filiorum amon. Quam ob
rem non recedet gladius de domo tua
usque in sempiternum: eo quod despexe-
ris me. et tuleris uxorem urie ethei
ut esset uxor tua. Itaque hec dicit do-
minus. Ecce ego suscitabo super te ma-
lum de domo tua: et tollam uxo-
res tuas in oculis tuis: et dabo proxi-
mo tuo: et dormiet cum uxoribus tu-
is in oculis solis huius. Tu enim feci-
sti abscondite: ego uero faciam uerbum
istud in conspectu omnis israel. et in
conspectu solis huius. Et dixit dauid
ad nathan. Peccaui domino. Dixitque
nathan ad dauid. Dominus quoque trans-
tulit peccatum tuum: non morieris. Ue-
runtamen quoniam fecisti blasphemare ini-
micos nomen domini propter uerbum hoc: fili-
us qui natus est tibi morte morietur. Et

reuersus est nathan domum suam. Per-
cussitque dominus paruulum quem peperat
uxor urie dauid: et desperatus est.
Deprecatusque est dauid dominum pro par-
uulo: et ieiunauit dauid ieiunio.
Et ingressus seorsum: iacuit super
terram. Uenerunt autem seniores do-
mus eius: cogentes eum ut surgeret de
terra. Qui noluit: neque comedit cum
eis cibum. Accidit autem die septi-
ma ut moreretur infans: timuerunt-
que serui dauid nunciare ei quod mor-
tuus esset paruulus. Dixerunt enim.
Ecce cum paruulus adhuc uiue-
ret loquebamur ad eum. et non audie-
bat uocem nostram: quanto magis si di-
xerimus mortuus est puer: se affli-
get. Cum ergo audisset dauid seruos
suos mussitantes: intellexit quod mor-
tuus esset infans. Dixitque ad seruos
suos. Numquid non mortuus est puer?
Qui responderunt ei. Mortuus.
Surrexit igitur dauid de terra: et lotus
unctusque est. Cumque mutasset ues-
tem. ingressus est domum domini et ado-
rauit: et uenit in domum suam. Peti-
uitque ut ponerent ei panem: et comedit.
Dixerunt autem ei serui sui. Quis est
sermo quem fecisti? Propter infantem
cum adhuc uiueret ieiunasti et fle-
bas: mortuo autem puero surrexisti.
et comedisti panem? Qui ait. Propter
infantem dum adhuc uiueret: ie-
iunaui et fleui. Dicebam enim.
Quis scit si forte donet eum dominus.
ut uiuat infans? Nunc autem quia

mortuus est quare ieiuno? Num
quid potero reuocare eum amplius?
Ego uadam magis ad eum: ille uero
non reuertetur ad me. Et consolatus
est dauid bethsabee uxorem suam: in
gressusque ad eam dormiuit cum ea.
Que genuit filium: et uocauit no
men eius salomon: et dominus dilexit
eum. Misitque in manu nathan p
phete: et uocauit nomen eius amabilis
domino: eo quod diligeret eum dominus.
Igitur ioab pugnabat xviiii.
contra rabbath filiorum amon: et ex
pugnabat urbem regiam. Misitque io
ab ad dauid nuncios dicens. Di
micaui aduersum rabbath: et capi
enda est urbs aquarum. Nunc ergo con
grega reliquam partem populi. et obside
ciuitatem. et cape eam: ne cum a me
uastata fuerit urbs. nomini meo
asscribatur uictoria. Congrega
uit itaque dauid omnem populum: et pro
fectus est aduersum rabbath. Cumque
dimicasset cepit eam: et tulit diade
dema regis eorum de capite eius pondo
auri talentum. habens gemmas precio
sissimas: et impositum est super caput
dauid. Sed et predam ciuitatis abs
portauit multam ualde. Populum quoque
eius adducens serrauit: et circumegit
super eos carpenta ferrata. diuisitque
cultris. et transduxit in typo la
terum. Sic fecit uniuersis ciuitatibus
filiorum amon: et reuersus est dauid. et
omnis exercitus in ierusalem. xx.
XIII Factum est autem post hec: ut absa
lon filii dauid sororem speciosissi
mam uocabulo thamar adamaret
amon filius dauid. et deperiret in
eam ualde: ita ut egrotaret propter a
morem eius. Quia cum esset uirgo: diffi
cile ei uidebatur. ut quippiam inho
neste ageret cum ea. Erat autem amon
amicus nomine ionadab. filius sem
maa fratris dauid. uir prudens ual
de: qui dixit ad eum. Quare sic
attenuaris macie fili regis per sin
gulos dies? Cur non indicas michi?
Dixitque ei amon. Thamar sororem
absalon fratris mei amo. Cui respondit
ionadab. Cuba super lectulum tuum: et lan
guorem simula. Cumque uenerit pater tuus ut uisi
tet te: dic ei. Ueniat oro thamar
soror mea ut det michi cibum: et faciat
michi pulmentum ut comedam de ma
nu eius. Accubuit itaque amon: et
quasi egrotare cepit. Cumque uenisset
rex ad uisitandum eum: ait amon ad
regem. Ueniat obsecro thamar soror
mea ut faciat in oculis meis duas
sorbitiunculas: et cibum capiam de
manu eius. Misit ergo dauid ad tha
mar domum. dicens. Ueni in domum
amon fratris tui: et fac ei pulmentum.
Uenit ergo thamar in domum amon
fratris sui. Ille autem iacebat. Que
tollens farinam commiscuit: et lique
faciens in oculis eius. coxit sorbitiun
culas. Tollensque quod coxerat effu
dit. et posuit coram eo: et noluit co
medere. Dixitque amon. Eicite u
niuersos a me. Cumque eiecissent

omnis. dixit amon ad thamar.
Infer cibum in conclaui: ut uescar
de manu tua. Tulit ergo thamar
sorbitiunculas quas fecerat: et intu
lit ad amon fratrem suum in concla
ui. Cumque obtulisset ei cibum: ap
prehendit eam. et ait. Veni. cuba me
cum soror mea. Que respondit
ei. Noli frater mi. noli opprimere
me: neque enim hoc fas est in israel.
Noli facere stultitiam hanc. Ego e
nim ferre non potero obprobrium meum: et
tu eris quasi unus de insipientibus
in israel. Quin potius loquere ad
regem: et non negabit me tibi. Noluit au
tem acquiescere precibus eius: sed preua
lens uiribus oppressit eam. et cubauit
cum illa. Et exosam eam habuit amon
odio magno nimis: ita ut maius esset
odium quo oderat eam. amore quo
ante dilexerat. Dixitque ei amon.
Surge. et uade. Que respondit ei.
Maius est hoc malum quod nunc agis
aduersum me: quam quod ante fecisti.
expellens me. Et noluit audire
eam: sed uocato puero qui minis
trabat ei. dixit. Eice hanc a me
foras: et claude ostium post eam.
Que induta erat talari tunica.
Huiuscemodi enim filie regis uirgines ues
tibus utebantur. Eiecit itaque eam minis
ter illius foras: clausitque fores post
eam. Que aspergens cinerem capiti suo:
scissa talari tunica. impositisque
manibus super caput suum. ingredi
ens ibat. et clamans. Dixit autem
ei absalon frater suus. Num a
mon frater tuus concubuit tecum?
Sed nunc soror tace: frater tuus
est: neque affligas cor tuum pro hac re.
Mansit itaque thamar contabes
cens. in domo absalon fratris sui.
Cum autem audisset rex dauid uerba
hec contristatus est ualde: et noluit con
tristari spiritum amon filii sui. quoniam di
ligebat eum: quia primogenitus erat ei.
Porro non est locutus absalon ad a
mon: nec bonum nec malum. Ode
rat enim absalon amon: eo quod
uiolasset thamar sororem suam. Fac
tum est autem post tempus biennii. ut
tonderentur oues absalon in baalasor.
que est iuxta effraim: et uocauit
absalon omnes filios regis. Venitque
ad regem: et ait ad eum. Ecce ton
dentur oues serui tui: ueniat oro
rex cum seruis suis ad seruum suum.
Dixitque rex ad absalon. Noli fili
mi. noli rogare ut ueniamus omnes.
et grauemus te. Cum autem cogeret
eum et noluisset ire: benedixit ei.
Et ait absalon. Si non uis uenire:
ueniat obsecro nobiscum saltem amon
frater meus. Dixitque ad eum rex. Non est
necesse: ut eat tecum. Coegit itaque
eum absalon: et dimisit cum eo amon.
et uniuersos filios regis. Fecerat que
absalon conuiuium: quasi conui
uium regis. Preceperat autem absalon
pueris suis dicens. Obseruate cum
temulentus fuerit amon uino. et
dixero uobis percutite eum et interficite.

nolite timere. Ego enim sum:
qui precipio uobis. Roboramini: et
estote uiri fortes. Fecerunt ergo pue
ri absalon aduersum amon: sicut
preceperat eis absalon. Surgentesque
omnes filii regis. ascenderunt singuli
mulas suas: et fugerunt. Cumque
adhuc pergerent in itinere: fama
peruenit ad dauid. dicens. Percus
sit absalon omnes filios regis: et non
remansit ex eis saltem unus. Sur
rexit itaque rex. et scidit uestimenta
sua: et cecidit super terram. Et omnes
serui eius qui assistebant ei: scide
runt uestimenta sua. Respondens
autem ionadab filius semmaa fra
tris dauid: dixit. Non estimet do
minus meus rex: quod omnes pueri filii
regis occisi sint. Amon solus mor
tuus est: quoniam in odio absalon erat
positus. ex die qua oppressit thamar
sororem eius. Nunc ergo ne ponat dominus
meus rex super cor suum uerbum istud
dicens. omnes filii regis occisi sunt:
quoniam amon solus mortuus est. Fu
git autem absalon. Et eleuauit pu
er speculator oculos suos et aspexit:
et ecce populus multus ueniebat per iter
deuium ex latere montis. Dixit autem
ionadab ad regem. Ecce filii regis
adsunt: iuxta uerbum serui tui sic
factum est. Cumque cessasset loqui:
apparuerunt et filii regis. Et in
trantes leuauerunt uocem suam: et fle
uerunt. Sed et rex. et omnes serui
eius fleuerunt: ploratu magno nimis.

Porro absalon fugiens: xxi.
abiit ad tholomai filium amiur re
gem gessur. Luxit ergo dauid filium
suum: multis diebus. Absalon autem
cum fugisset. et uenisset in gessur:
fuit ibi tribus annis. Cessauitque da
uid rex persequi absalon: eo quod con
solatus esset super amon interitu. Intel XIIII
ligens autem ioab filius saruie quod
cor regis uersum esset ad absalon: mi
sit thecuam. et tulit inde mulierem
sapientem. dixitque ad eam. Lugere te
simula: et induere ueste lugu
bri. et ne unguaris oleo: ut sis qua
si mulier plurimo iam tempore lu
gens mortuum. Et ingredieris ad
regem: et loqueris ad eum sermones
huiuscemodi. Posuit autem ioab uerba
in ore eius. Itaque cum ingressa fuisset
mulier thecuitis ad regem: cecidit
coram eo super terram. et adorauit. et
dixit. Serua me rex. Et ait ad eam
rex. Quid cause habes: Que res
pondit. Heu mulier uidua ego
sum. Mortuus est enim uir meus: et
ancille tue erant duo filii qui ri
xati sunt aduersum se in agro: nul
lusque erat qui eos prohibere posset:
et percussit alter alterum. et interfecit eum.
Et ecce consurgens uniuersa consur
gens uniuersa cognatio aduersus an
cillam tuam. dicit. Trade eum qui
percussit fratrem suum. ut occidamus illum
pro anima fratris sui quam interfecit: et
deleamus heredem. Et querunt ex
tinguere scintillam meam que derelic

V
J

ta ē. ut n̄ supsit uiro meo nom̄
& reliquię sup t̃ram. Et ait rex
ad mulierē. Vade in domū tuā.
& ego iubebo p te. Dixitq; muli
er thecuitis ad regē. In me dn̄e
mi rex sit iniquitas. & in domo
patis mei. rex aut̄ & thron̄ ei sit in
nocens. Et ait rex. Qui contradi
xerit t̃ adduc eū ad me. & ultra
n̄ addet ut tangat te. Quę ait.
Recordet̃ rex dn̄i dĩ sui. ut n̄ mul
tiplicent̃ pximi sanguinis ad ul
ciscendum. & nequaquā interficient
filiū meū. Qui ait. Viuit dn̄s.
quia n̄ cadet de capillis filii tui
sup t̃ram. Dixit g̃ mulier. Loquat̃
ancilla tua ad dn̄m meū regē uer
bum. Et ait. Loquere. Dixit aut̄
mulier. Quare cogitasti huiuscemo
di rem contra ppl̃m dĩ. & locutus
ē rex ūbum istud ut peccet. & n̄ re
ducat eiectum suū. Omīs morim̄.
& quasi aquę dilabim̄ in t̃ram quę
n̄ reuertuntur. nec uult ds̄ pire ani
mā. sed retractat cogitans. ne pe
nitus peat qui abiectus ē. Nunc g̃
ueni. ut loquar ad dn̄m meū regē
ūbum hoc. psente ppl̃o. Et dixit
ancilla tua. Loquar ad regē. si q̃
modo faciat rex ūbum ancillę suę.
Et audiuit rex. ut liberaret ancil
lam suā de manu omniū qui uo
lebant delere me. & filiū meū simł
de hereditate dn̄i. Dicat g̃ ancilla
tua. ut fiat ūbum dn̄i mei regis
quasi sacrificium. Sicut enī angłs
dn̄i sic ē dn̄s mīs rex. ut nec bene
dictione moueat̃ nec maledictione.
Unde & dn̄s ds̄ tuus tecū ē. Et re
spondens rex. dixit ad mulierē.
Ne abscondas a me ūbum qđ te
interrogo. Dixitq; mulier. Loquere
dn̄e mi rex. Et ait rex. Numquid
man̄ ioab tecū ē in omīb; istis.
Respondit mulier. & ait. Per sa
lutē animę tuę dn̄e mi rex. nec ad
dexterā nec ad sinistrā ē in omīb;
his quę locutus ē dn̄s mīs rex. Ser
uus enim tuus ioab ipse pcepit m̄.
& ipse posuit in os ancillę tuę om
nia ūba hęc. ut ūterem figurā ser
monis huius. Serū enim tuus ioab
pcepit istud. Tu aut̄ dn̄e mi rex sapi
ens es. sicut habet sapientiā angłs
dĩ. ut intelligas omīa sup faciē t̃r.
Et ait rex ad ioab. Ecce placat̃ fe
ci ūbum tuū. Vade g̃. & reuoca
puerū absalon. Vadensq; ioab sup
faciē suā in t̃ram adorauit. & bn̄
dixit regi. Et dixit ioab. Hodie
intellexit serū tuus. quia inueni
grām in oculis tuis dn̄e mi rex. Fe
cisti enim sermonē serui tui. Sur
rexit g̃ ioab. & abiit in gessur. & ad
duxit absalon in ihr̄lm. Dixit aut̄
rex. Reūtatur in domū suā. & fa
ciem meā n̄ uideat. Reūsus ē itaq;
absalon in domū suā. & faciē regis
n̄ uidit. Porro sicut absalon uir n̄
erat pulcher in omī isrł. & decor̄
nimis. A uestigio pedis usq; ad uer
ticem. n̄ erat in eo ulla macła. Et

quando tondebat capillū. semel
aūt in anno tondebatur: quia ag
grauabat eū cesaries: ponderabat
capillos capitis sui ducentis siclis
pondere publico. Nati sunt aūt
absalon filii tres: & filia una no
mine thamar eleganti forme.
Mansitq; absalon in ihrlm duo
b; annis: & faciē regis n̄ uidit.
Misit itaq; ad ioab ut mitteret
eū ad regē: qui noluit uenire ad
eū. Cumq; scd̄o misisset. & ille
noluisset uenire ad eū: dixit ser
uis suis. Scitis agrū ioab iuxta a
grum meū habentē messē ordei:
Igitur ite: & succendite eam igni.
Succenderunt ḡ serui absalon se
getē igni. Et uenientes serui ioab
scissis uestimtis suis: dixerunt. Suc
cēder̄t serui absalon partē agri ig
ni. Surrexitq; ioab & uenit ad absa
lon in domū ei᷒: & dixit. Quare
succenderunt serui tui messē me
am igni? Et rn̄dit absalon ad ioab.
Misi ad te obsecrans ut uenires
ad me: & mitterem te ad regē. &
diceres ei. Quare ueni de gessur?
Melius m̄ erat ibi ēē. Obsecro ḡ:
ut uideam faciē regis. Q̄d si me
mor ē iniquitatis mee: interficiat
me. Ingressus ioab ad regē: nuncia
uit ei. Uocatusq; absalon intrauit
ad regē: & adorauit sup faciē t̄re
corā eo. Osculatusq; ē rex absalon.
XV
Igitur post hec fecit sibi
absalon currꝰ & equites: & q̄nqua
ginta uiros qui p̄cederent eum.
Et mane consurgens absalon sta
bat iuxta introitum porte: & omnē
uirū qui habebat negociū ut ue
niret ad regis iudiciū. uocabat ab
salon ad se: & dicebat. De qua ci
uitate es tu? Qui respondens: aie
bat. Ex una tribu isrl̄ ego sum ser
uus tuus. Respondebatq; ei absa
lon. Uidentur m̄ sermones tui bo
ni & iusti: sed n̄ ē qui te audiat
constitutꝰ a rege. Dicebatq; absalon.
Quis me constituat iudicē sup ter
ram: ut ad me ueniant om̄s qui
habent negociū. & iuste iudicem?
Sed & cum accederet ad eū homo
ut salutaret illū: extendebat ma
num suā: & app̄hendens osculabat̄
eum. Faciebatq; hoc om̄i isrl̄i qui
ueniebat ad iudiciū ut audiret̄ a
rege: & sollicitabat corda uirorū in
Post quatuor aūt isrl̄. quadraginta
annos: dixit absalon ad regē dauid.
Uadam: & reddam uota mea que
uoui dn̄o in hebron. Uouens enim
uouit seruū tuus cū eēt in gessur
syrie dicens: si reduxerit me dn̄s
in ihrlm. sacrificabo dn̄o. Dixitq;
ei rex. Uade in pace. Et surrexit:
& abiit in hebron. Misit aūt ab
salon exploratores in uniūsas tribus
isrl̄ dicens. Statim ut audieritis
clangorē bucine: dicite. Regna
uit absalon in hebron. Porro cū
absalon ierunt ducenti uiri de
ihrlm uocati: euntes simplici corde

& cauſã penit⁹ ignorantes. Accer-
ſiuit quoq; abſalon achitofel gilo-
nitẽ conſiliariũ dauid. de ciuita-
te ſua gilo. Cumq; immolaret
uictimas. facta ẽ coniuratio uali-
da. Populus quoq; concurrens au-
gebatur cũ abſalon. Venit ġ nun-
cius ad dauid. dicens. Toto corde
uniũſus isrł ſequit̃ abſalon. Et
ait dauid ſeruis ſuis qui erant cũ
eo in ihrlm. Surgite. fugiamus.
Neq; enim erit nob effugiũ. a fa-
cie abſalon. Feſtinate egredi. ne
forte ueniens occupet nos. & im-
pellat ſup nos ruinã. & percutiat
ciuitatẽ in ore gladii. Dixeruntq;
ſerui regis ad eũ. Omĩa quecũq; p̃ce-
pit dñs nr̃ rex. libent̃ exſequemur
ſerui tui. Egreſſus ẽ ġ rex & uniũ-
ſa dom⁹ eius pedib; ſuis. & dereli-
quit rex decẽ mulieres concubinas
ad cuſtodiendã domũ. Egreſſuſq;
rex & omĩs isrł pedib; ſuis ſtetit
p̃cul a domo. & uniũſi ſerui eius
ambulabant iuxta eũ. & legionẽ
cerethi & phelethi. & omĩs gethei
pugnatores ualidi. ſexcenti uiri
qui ſec_uti eũ fuerant pedites
de geth p̃cedebant regẽ. Dixit aut̃
rex ad ethai getheũ. Cur uenis
nobcum. Reuertere. & habita cũ re-
ge. quia peregrinus es. & egreſſus de
loco tuo. Heri uenisti. & hodie cõ-
pelleris nobcum egredi. Ego aut̃
uadam quo iturus ſum. Reuertere.
& reduc tecũ fratres tuos. & dñs
faciat tecũ miſericordiam & ueritatem.
Oſtendiſti grãm & fidẽ. Et reſpon-
dit ethai regi dicens. Viuit dñs.
& uiuit anima tua dñe mi rex.
qm̃ in quocũq; loco fueris dñe mi
rex. ſiue in morte. ſiue in uita. ibi
erit ſeruus tuus. Et ait dauid ad e-
thai. Veni. & tranſi. Et tranſiuit
ethai getheus. & rex. & omĩs uiri
qui cũ eo erant. & reliqua multi-
tudo. Omĩſq; flebant uoce magna.
& uniũſus p̃pl̃s tranſibat. Rex quoq;
tranſgrediebat̃ torrentẽ cedrón. &
cunct⁹ p̃pl̃s incedebat contra uiã
que reſpicit ad deſertũ.
Venit aut̃ & ſacerdos ſadóch. &
uniũſi leuite cũ eo. portantes archã
fed̃is dñi. & depoſuerunt archã dĩ.
Et aſcendit abiathár. donec exple-
tus eẽt omĩs p̃pl̃s qui egreſſus fue-
rat de ciuitate. Et dixit rex ad ſa-
dóch. Reporta archã dĩ in urbẽ.
Si inuenero grãm in oclis dñi. redu-
cet me. & oſtendet m̃ eã. & tabna-
culũ ſuũ. Si aut̃ dixerit. m̃ ñ pla-
ces. p̃ſto ſum. Faciat qđ bonũ ẽ co-
ram ſe. Et dixit rex ad ſadóch ſa-
cerdotẽ. O uidens. reũtere in ciui-
tatẽ in pace. & achimaas filius tu-
us. & ionathan filius abiathár. duo
filii uri ſint uobcum. Ecce ego abſ-
condar in campeſtrib; deſerti. do-
nec ueniat ſermo a uob indicans
m̃. Reportauerunt ġ ſadóch & a-
biathár archã dĩ in ihrlm. & man-
ſerunt ibi. Porro dauid aſcendebat

cliuũ oliuaꝝ. scandens ⁊ flens. op
to capite ⁊ nudis pedib; incedens.
Sed ⁊ omĩs ppłs qui erat cũ eo.
opto capite ascendebat plorans.
Nunciatũ ẽ autẽ dauid. qđ achito
fel eẽt in coniuratione cũ absalon.
Dixitq; dauid. Infatua queso dñe
consiliũ achitofel. Cumq; ascen
deret dauid sũmitatẽ montis. in
quo adoraturꝰ erat dñm. ecce oc
currit ei chusai arachites scissa
ueste. ⁊ tra pleno capite. Et dixit
ei dauid. Si ueñis mecũ. eris michi
oneri. Si autẽ in ciuitatẽ reũtaris.
⁊ dixeris absalon serũ tuus sum
rex. sicut fui serũ patris tui. sic ero
serũ tuus. dissipabis consiliũ achi
tofel. Habes autẽ tecũ sadoch ⁊ abi
athar sacerdotes. ⁊ omẽ ũbum qđ
cumq; audieris de domo regis. in
dicabis sadoch ⁊ abiathar sacerdo
tib; Sunt autẽ cũ eis duo filii eoꝝ.
achimaas filius sadoch. ⁊ iona
than filius abiathar. ⁊ mittetis ꝑ
eos ad me omẽ ũbum qđcumq; au
dieritis. Ueniente ḡ chusai
amico dauid in ciuitatẽ. absalon
quoq; ingressus ẽ ihrłm. Cumq; XVI
dauid transisset paululũ montis
ũticem. apparuit siba puer misibo
seth in occursum ei cũ duob; asinis.
qui onerati erant ducentis panib;
⁊ centũ ligaturis uuę passę. ⁊ cen
tum massis palataꝝ. ⁊ duob; utrib;
uini. Et dixit rex sibę. Quid sibi
uolunt hec. Respondit; siba.

Asini domestici regis ut sedeant.
⁊ panes ⁊ palatę ad uescendũ pue
ris tuis. uinũ autẽ ut bibat si quis
defecerit in deserto. Et ait rex.
Ubi ẽ filius dñi tui. Respondit;
siba regi. Remansit in ihrłm dicens.
Hodie restituet m̃ dom̃ isrł regnũ
patris mei. Et ait rex sibę. Tua sint
omĩa. quę fuerunt misiboseth.
Dixitq; siba. Oro ut inueniam
grãm corã te dñe mi rex. Uenit ḡ
rex dauid usq; baurim. ⁊ ecce egre
diebatur inde uir de cognatione
dom̃ saul. nomine semei filius ge
ra. Procedebat egrediens. ⁊ male
dicebat. mittebatq; lapides contra
dauid. ⁊ contra uniũsos seruos re
gis. Omĩs autẽ ppłs. ⁊ uniũsi bel
latores a dextro ⁊ sinistro latẽ re
gis incedebant. Ita autẽ loquebatur
semei. cũ malediceret regi. Egredere
egredere uir sanguinũ. ⁊ uir be
lial. Reddidit t dñs uniũsum san
guinẽ domus saul. qm̃ inuasisti
regnum ꝑ eo. Et dedit dñs regnũ
in manu absalon filii tui. ⁊ ecce
nunc p̃munt te mala tua. qm̃ uir
sanguinũ es. Dixit autẽ abysai filius
saruię regi. Quare maledicit ca
nis hic moriturꝰ dño meo regi.
Uadam. ⁊ amputabo caput eius.
Et ait rex. Quid m̃ ⁊ uob filii sar
uię. Dimittite eũ. ut maledicat.
Dñs enim p̃cepit ei. ut malediceret
dauid. Et quis ẽ qui audeat dice
re. quare sic fecerit. Et ait rex ab

ysai. & uniuersis seruis suis. Ecce
filius meus qui egressus est de utero meo
querit animam meam. quanto magis
nunc hic filius gemini. Dimittite
eum ut maledicat iuxta preceptum domini.
& si forte respiciat dominus afflictionem
meam. & reddat mihi bonum pro maledic
tione hac hodierna. Ambulabat
itaq; dauid & socii eius per uiam cum eo.
semei autem per iugum montis ex latere
contra illum gradiebatur. maledicens.
& mittens lapides aduersum eum. ter
Venit ergo rex ramq; spargens.
& uniuersus populus cum eo lassus. & refo
cillati sunt ibi. Absalon autem & om
nis populus israhel ingressi sunt ierusalem. sed
& achitofel cum eo. Cum autem uenis
set chusai arachites amicus dauid
ad absalon. locutus est ad eum. Salue
rex. salue rex. Ad quem absalon. Hec
est inquit gratia tua. ad amicum tuum.
Quare non isti cum amico tuo. Res
pondit chusai ad absalon. Nequa
quam. quia illius ero quem elegerit
dominus. & omnis hic populus. & uniuersus israhel.
& cum eo manebo. Sed ut & hoc infe
ram. Cui ego seruiturus sum. nonne
filio regis. Sicut parui patri tuo. sic
parebo & tibi. Dixit autem absalon ad a
chitofel. Inite consilium. quid agere
debeamus. Et ait achitofel ad absalon.
Ingredere ad concubinas patris tui quas
dimisit ad custodiendam domum. ut
cum audierit uniuersus israhel quod fedaue
ris patrem tuum. roborentur manus eorum tecum.
Tetenderunt ergo absalon tabernaculum
in solario. ingressusq; est ad concu
binas patris sui coram uniuerso israhel.
Consilium autem achitofel quod dabat
in diebus illis. quasi si quis consule
ret dominum. sic erat omne consilium achi
tofel. & cum esset cum dauid. et cum esset absa
XVII
lon. Dixit ergo achitofel ad absalon.
Eligam mihi duodecim milia uirorum.
& consurgens persequar dauid hac
nocte. & irruens super eum. quippe las
sus est. & resolutis manibus; percutiam eum.
Cumq; fugerit omnis populus qui cum
eo est. percutiam regem desolatum. & redu
cam uniuersum populum quomodo unus ho
mo reuerti solet. Unum enim uirum tu
queris. & omnis populus erit in pace. Pla
cuitq; sermo eius absalon. & cunctis
maioribus natu israhel. Ait autem absalon.
Uocate & chusai arachiten. & au
diamus quid etiam ipse dicat. Cumq;
uenisset chusai ad absalon. ait ab
salon ad eum. Huiuscemodi sermonem
locutus est achitofel. Facere debeamus
an non. Quod das consilium. Et dixit
chusai ad absalon. Non bonum con
silium. quod dedit achitofel hac uice.
Et rursum intulit chusai. Tu nos
ti patrem tuum. & uiros qui cum eo sunt
fortissimos. & amaro animo. ueluti
si ursa raptis catulis in saltu seuiat.
Sed & pater tuus uir bellator est. nec
morabitur cum populo. forsitan nunc la
titat in foueis. aut in uno quo uo
luerit loco. Et cum ceciderit unus
quilibet in principio. audiet. Qui
cumq; audierit dicet. Facta est pla

ga in p̄p̄lo qui sequebatur absalon: & fortissimus quisq; cuius cor ē quasi leonis pauore soluetur. Scit enim omnis p̄p̄ls isrł fortē eē patrē tuū: & robustos omnis qui cū eo sunt. Sed hoc m̄ uidetur rectū eē consiliū. Congregetur ad te uniuersus isrł a dán usq; bersabée quasi arēna maris innumerabilis: & tu eris in medio eorum: & irruemus sup eū in quocūq; loco fuerit inuentus: & opiemus eū sicut cadere solet ros sup t̄ram. & n̄ relinquemus de uiris qui cū eo sunt ne unū quidē. Qđ si urbē aliquā fuerit ingressus: circūdabit omnis isrł ciuitati illi funes: & trahemus eā in torrentē: ut n̄ repiatur nec calculus quidē ex ea. Dixitq; absalon: & omnes uiri isrł. Melius consiliū chusai arachitę: consilio achitofel. Dn̄i autē nutu dissipatū ē consiliū achitofel utile: ut induceret dn̄s sup absalon malū. Et ait chusai sadoc & abiathár sacerdotib; Hoc & hoc m̄ consiliū dedit achitofel absalon & senib; isrł: & ego tale & tale dedi consiliū. Nunc g mittite cito: & nunciate dauid dicentes. Ne moremini nocte hac in campestrib; deserti: sed absq; dilatione transgredere: ne forte absorbeatur rex. & omnis p̄p̄ls qui cū eo ē. Ionathás autē & achimaas stabant iuxta fontē rogel. Abiit ancilla & nunciauit eis: & illi pfecti sunt ut referrent ad regē dauid nuncium. Non enī poterant uideri: aut

introire ciuitatē. Uidit autē eos qdā puer: & indicauit absalon. Illi u concito gradu ingressi sunt domū cuiusdā uiri in bahurim. qui habebat puteū in uestibulo suo: & descenderunt in eum. Tulit autē mulier: & expandit sup os putei uelamen. quasi siccans tipsánas: & sic res latuit. Cumq; uenissent serui absalon ad mulierē in domo: dixerunt. Ubi ē achimaas & ionathán? Et respondit eis mulier: Transierunt festinantē: gustata paululū aqua. At hi qui querebant cū n̄ repperissent: reuersi sunt in ihrlm. Cumq; abissent: ascenderunt illi de puteo: & pgentes nunciauerunt regi dauid: atq; dixerunt. Surgite. & transite cito fluuiū: qm huiuscemodi dedit consiliū contra uos achitofel. Surrexit g dauid & omnis p̄p̄ls qui erat cū eo: & transierunt iordanē donec dilucesceret: & ne unus quidē residuus fuit. qui n̄ transisset fluuium. Porro achitofel uidens qđ n̄ fuisset factum consiliū suū: strauit asinū suū & surrexit. & abiit in domū. & in ciuitatē suā. Et disposita domo sua. suspendio interiit: & sepultus ē in sepulchro patris sui. Dauid autē uenit in castra: & absalon transiuit iordanē. ipse & omnis uiri isrł cū eo. Amasám u constituit absalon p ioab sup exercitū. Amasa autē erat filius uiri qui uocabatur iethra de iesreli. Qui ingressus ē ad abigail fi-

XVIII

liam naas sororem saruię: que fu-
it matr ioab. Et castra metatus est
isrl cum absalon in terra galaad. Cumque
uenisset dauid in castra madian:
sobi filius naas de rabbath filiorum
amon. & machir filius amihel de
lodabar: & berzellai galaadites de
rogelim. obtulerunt ei stratoria
& tapetia. & uasa fictilia: frumen-
tum. & ordeum. & farinam. polentam. &
fabam. & lentem. & frixum cicer. & mel.
& butyrum. oues. & pingues uitulos:
dederuntque dauid & populo qui cum eo
erat ad uescendum. Suspicati enim
sunt populum fame & siti fatigari in
XVIII Igitur considera- ⸢deserto. xxvii.
to dauid populo suo: constituit super
eum tribunos & centuriones. Et de-
dit populi terciam partem sub manu io-
ab: & terciam sub manu abysai filii
saruię fratris ioab: & terciam sub ma-
nu ethai qui erat de geth. Dixitque
rex ad populum. Egrediar & ego uob-
cum. Et respondit populus. Non exibis.
Siue enim fugerimus. non magnopere ad
eos de nobis pertinebit: siue media
pars ceciderit e nobis non satis curabunt:
quia tu unus pro decem milibus com-
putaris. Melius est igitur: ut sis nobis
in urbe presidio. Ad quos rex ait.
Quod uobis rectum uidetur: hoc faciam.
Stetit ergo rex iuxta portam: egredie-
baturque populus per turmas suas centeni
& milleni. Et precepit rex ioab. &
abysai. & ethai: dicens. Seruate
mihi puerum absalon. Et omnis populus
audiebat precipientem regem cunctis
principibus pro absalon. Itaque egressus
est populus in campum: contra isrl. Et
factum est prelium in saltu effraim:
& cesus est ibi populus isrl ab exercitu
dauid. Factaque est plaga magna in
die illa: uiginti milium. Fuit autem
ibi prelium dispersum: super faciem omnis
terrę. Et multo plures erant quos
saltus consumpserat de populo: quam hi quos uo-
rauerat gladius in die illa. Accidit
autem ut occurreret absalon seruis
dauid: sedens mulo. Cumque ingres-
sus fuisset mulus subter condensam
quercum & magnam: adhesit caput
eius quercui. Et illo suspenso inter
inter celum & terram: mulus cui sede-
rat pertransiuit. Uidit hoc quispiam:
& nunciauit ioab dicens. Uidi ab-
salon pendere de quercu. Et ait
ioab uiro qui nunciauerat ei. Si ui-
disti: quare non confodisti eum cum terra.
& ego dedissem tibi decem argenti siclos.
& unum balteum: Qui dixit ad ioab.
Si appenderes in manibus meis mil-
le argenteos: nequaquam mitterem
manum meam in filium regis. Audien-
tibus enim nobis: precepit rex tibi. & aby-
sai. & ethai. dicens. Custodite mihi
puerum absalon. Sed & si fecissem con-
tra animam meam audacter: nequa-
quam hoc regem latere potuisset: &
tu stares ex aduerso. Et ait ioab.
Non sicut tu uis: sed aggrediar e-
um coram te. Tulit ergo ioab tres lan-
ceas in manu sua: & infixit eas

in corde absalon. Cumq; adhuc
palpitaret herens in quercu: cu-
currerunt decē iuuenes armige-
ri ioab. & percutientes interfecerunt
eum. Cecinit autē ioab bucina:
& retinuit ppłm ne psequeret' fu-
gientē isrl̄: uolens parcere multi-
tudini. Et tulerunt absalon. &
piecerunt eū in saltu in foueā grā-
dem: & comportauerunt sup eū a-
ceruū lapidū magnū nimis. Om-
nis autē isrl̄ fugit in tabnacłā sua.
Porro absalon erexerat sibi cum
adhuc uiueret titulū: qui ē in
ualle regis. Dixerat enim. Non ha-
beo filiū: & hoc erit monumentū
nominis mei. Uocauitq; titulū no-
mine suo: & appellat' manū absalon
usq; in hodiernū diē. Achimaas
autē filius sadoch. ait. Curram.
& nunciabo regi: quia iudiciū fece-
rit ei dn̄s de manu inimicoꝝ eius.
Ad quē ioab dixit. Non eris nūcius
in hac die: sed nunciabis in alia. Ho-
die nolo te nunciare. Filius enī re-
gis mortuus ē. Et ait ioab chusi.
Uade. & nuncia regi que uidisti.
Adorauit chusi ioab: & cucurrit.
Rursum autē achimaas filius sadoc.
dixit ad ioab. Quid impedit si etiā
ego curram post chusi? Dixitq; ei
ioab. Quid uis currere fili mi?
Non eris boni nūcii baiulus. Qui respōdit. Qd
enī si cucurrero? Et ait ei. Curre.
Currens ḡ achimaas p uiā compen-
diū: transiuit chusi. Dauid autē se-
debat int̄ duas portas. Specula-
tor uō qui erat in fastigio porte sup
murū: eleuans oclos uidit homi-
nem currentē solū: & exclamans
indicauit regi. Dixitq; rex. Si sol'
ē: bonū ē nunciū in ore eī. Prop-
ante autē illo. & accedente ppius:
uidit speculator hominē alium cur-
rentē: & uociferans in culmine. ait.
Apparet m̄ homo al' currens solus.
Dixitq; rex. Et iste bon' ē nuncius.
Speculator autē. Contemplor ait
cursum prioris: quasi cursum achi-
maas filii sadoch. Et ait rex. Uir
bonus ē: & nunciū portans bonū
uenit. Clamans autē achimaas: di-
xit ad regē. Salue rex. Et adorans
regē corā eo pnus in t̄ram. ait. Be-
nedictus dn̄s ds̄ tuus: qui conclu-
sit homines qui leuauerunt manus
suas contra dn̄m meū regē. Et ait
rex. Est ne pax puero absalon?
Dixitq; achimaas. Uidi tumultū
magnū. cū mitteret ioab seruū tuus
o rex me seruū tuū: nescio aliud.
Ad quē rex. Transi ait: & sta hic.
Cumq; ille transisset & staret. ap-
paruit chusi: & ueniens ait. Bonū
apporto nunciū: dn̄e mi rex. Iudi-
cauit enim p te dn̄s hodie: de ma-
nu omniū qui surrexerᵗ contra te.
Dixit autē rex ad chusi. Est ne
pax puero absalon? Cui respondens
chusi. Fiant inquit sicut puer in-
imici dn̄i mei regis: & uniusi qui ē-
surgunt adūsum eū in malū. Con-

Contristatus itaq; rex. ascendit in cena
culum porte. & fleuit. & sic loque
batur uadens. Fili mi absalon. ab
salon fili mi. Quis tribuat m. ut e
go moriar p te. Absalon fili mi.
XIX fili mi absalon. Nunciatu e aut io
ab qd rex fleret. & lugeret filium
suu. & usa e uictoria in die illa
in luctum omi pplo. Audiuit aut
ppls in die illa dici. Dolet rex sup
filio suo. Et declinauit ppls in die
illa ingredi ciuitate. quom decli
nare ppls solet usus & fugiens de
plio. Porro rex cooperuit caput su
um. & clamabat uoce magna.
Fili mi absalon. absalon fili mi.
Ingressus g ioab ad rege in domu.
dixit. Confudisti hodie uult om
nium seruor tuor. qui salua fece
runt anima tua. & anima filior
tuor. & filiar tuar. & anima uxor
tuar. & anima concubinar tuar.
Diligis odientes te. & odio habes
diligentes te. & ostendisti hodie qa
n curas de ducib; tuis. & de seruis
tuis. Et uere cognoui m. quia si ab
salon uiueret. & nos oms occubu
issemus. tunc placeret t. Nunc g
surge. & pcede. & alloquens satisfac
seruis tuis. Iuro eni t p dnm. qd
si n exieris. ne un quide reman
surus sit tecu nocte hac. & peius
erit hoc t. qua omia mala que
uenert sup te ab adolescentia tua
usq; in psens. Surrexit g rex et
sedit in porta. & omi pplo nciatu e
qd rex sederet in porta. Uenitq;
uniusa multitudo cora rege. Isrl
aut fugit in tabnacla sua. xxviii.
Omnis quoq; ppls certabat in cunc
tis tribub; isrl dicens. Rex liberauit
nos de manu inimicor nror. ipse
saluauit nos de manu philistinor.
& nunc fugit de tra pp absalon.
Absalon aut que unxim sup nos.
mortuus e in bello. Usq; quo sile
tis. & n reducitis rege. Et consiliu
totius isrl. uenit ad rege. Rex u
misit ad sadoch & ad abiathar sacer
dotes. dicens. Loquimini ad maio
res natu iuda. dicentes. Cur ue
nistis nouissimi. ad reducendu re
gem in domu sua. Sermo aute
omis isrl puenat ad rege. ut redu
cerent eu in domu ei. quia dixe
rat rex. hec dicetis ad pplm. Fratres
mei uos. os meu. & caro mea uos.
Quare nouissimi reducitis rege.
Et amase dicite. Nonne os meu
es. & caro mea. Hec faciat m ds
& hec addat. si n magist militie fue
ris cora me omi tempe p ioab. Et
inclinauit cor omniu uiror iuda.
qsi cor uiri unius. Miseruntq; ad
rege. dicentes. Reuertere tu. & omis
serui tui. Et reusus e rex. & uenit
usq; ad iordane. & omis iuda ue
nit usq; in galgala ut occurreret
regi. & transduceret eu iordane.
Festinauit aut semei filius gera.
filii gemini de bauirim. & descen
dit cu uiris iuda in occursum re

gis dauid cū mille uiris de beniamin. & siba puer de domo saul. & quindecim filii ei⁹ ac uiginti serui erant cū eo. Et irrūpentes iordanem ante regē transierunt uada. ut transducerent domū regis. & facerent iuxta iussionē ei⁹. Semei aut̄ filius gerā prostrat⁹ corā rege cū iam transisset iordanē. dixit ad eum. Ne reputes dn̄e mi iniquitatē. neq; memineris iniuriarū serui tui. in die qua egressus es domine mi rex de ihrl̄m. neq; ponas rex in corde tuo. Agnosco enī ego seru⁹ tuus peccatū meū. Et ic circo hodie p̄mus ueni de omī domo ioseph. descendiq; in occursum dn̄i mei regis. Respondens u̾o abysai filius saruię. dixit. Numquid p his u̾bis n̄ occidet̄ semei. q̄ maledixit xp̄o dn̄i. Et ait dauid. Quid m̄ & uob filii saruię. Cur efficimini m̄ hodie in sathan. Ergo ne hodie interficietur uir in isrl̄. An ignoro hodie me factum regē sup isrl̄. Et ait rex semei. Non morieris. Iurauitq; ei. xxviii.

Mifiboseth quoq; filius ionathā filii saul descendit in occursū regis illotis pedib; & intonsa barba. uestesq; suas n̄ lauerat a die qua egressus fuerat rex. usq; ad diē reu̾sionis ei⁹ in pace. Cumq; ihrl̄m occurrisset regi. dixit ei rex. Quare n̄ uenisti mecū mifiboseth. Qui respondens. ait. Dn̄e mi rex. seruus m̄s contempsit me. Dixi ego ei famulus tuus ut sterneret m̄ asinum. & ascendens abirem cū rege. Claudus enim sum seru⁹ tuus. Insup & accusauit me seruū tuū. ad te dn̄m meū regē. Tu aut̄ dn̄e mi rex sicut angl̄s dī. fac qd̄ placitū ē t. Neq; enim fuit dom⁹ patris mei nisi morti obnoxia dn̄o meo regi. Tu aut̄ posuisti me seruū tuū int̄ conuiuas m̄se tuę. Quid enī habeo iustę querelę. aut quid possum ultra uociferari ad regē. Ait g̊ ei rex. Quid ultra loqueris. Fixum ē qd̄ locutus sum. Tu & siba diuidite possessiones. Respondit q; mifiboseth regi. Etiam cuncta accipiat. postquā reu̾sus ē dn̄s m̄s rex pacifice in domū suā. xxx.

Berzellai quoq; galaadites descendens de rogelim. transduxit regē iordanē. parat⁹ etiā ultra fluuiū p̄sequi eū. Erat aut̄ berzellai galaadites senex ualde. id ē octogenarius. & ipse p̄buit alim̄ta regi. cū moraret̄ in castris. Fuit quippe uir diues nimis. Dixit itaq; rex ad berzellai. Ueni ut requiescas secure mecū in ihrl̄m. Et ait berzellai ad regē. Quot sunt dies annorū uitę meę. ut ascendam cū rege in ihrl̄m. Octogenarius sum hodie. Numquid uigent sensus mei ad discernendū suaue aut amarū. aut delectare potest seruū tuū cibus & pot⁹. ut audire ultra possum uocē cantorū

aut cantatricum. Quare servus
tuus sit oneri domino meo regi. Pau
lulum procedam famulus tuus ab
iordane tecum. Non indigeo hac
vicissitudine. sed obsecro ut reu
tar ego servus tuus. et moriar in
civitate mea. et sepeliar iuxta
sepulchrum patris mei et matris mee.
Est autem servus tuus chamaam.
ipse vadat tecum domine mi rex. et fac
ei quod tibi bonum videtur. Dixitque rex.
Mecum transeat chamaam. et ego
faciam ei quicquid tibi placuerit. et
omne quod petieris a me impetrabis.
Cumque transisset universus populus
et rex iordanem. osculatus est rex ber
zellai. et benedixit ei. et ille reversus
est in locum suum. xxxi.

Transiuit ergo rex in galgala. et cha
maam cum eo. Omnis autem populus iuda
transduxerat regem. et media tantum
pars affuerat de populo israel. Itaque omnes
viri israel concurrentes ad regem. di
xerunt ei. Quare te furati sunt
fratres nostri viri iuda. et transduxe
runt regem. et domum eius iordanem. omnes
que viros david cum eo. Et respon
dit omnis vir iuda. ad viros israel.
Quia propior mihi est rex. Cur irasceris super
hac re. Numquid comedimus aliquid ex rege.
aut munera nobis data sunt. Et re
spondit vir israel. ad viros iuda.
et ait. Decem partibus maior ego
sum apud regem. et primogenitus ego
sum. magisque ad me pertinet david
quam ad te. Cur mihi fecisti iniuriam.
et non mihi nunciatum est prius. ut redu
cerem regem meum. Durius autem re
sponderunt viri iuda. viris israel.

XX Accidit quoque ut ibi esset vir be
lial nomine siba. filius bochri.
vir gemineus. et cecinit bucina.
et ait. Non est nobis pars in david. neque
hereditas in filio ysai. Revertere in
tabernacula tua israel. Et separatus est
omnis israel a david. secutusque est siba
filium bochri. Viri autem iuda adhese
runt regi suo. a iordane usque ad
ierusalem. Cumque venisset rex in do
mum suam in ierusalem. tulit decem mulie
res concubinas suas quas dereli
querat ad custodiendam domum. et
tradidit eas in custodiam alimenta
eis praebens. et non est ingressus ad eas.
sed erant clause usque in diem mortis
sue. in viduitate viventes. xxxii.

Dixit autem rex ad amasam. Con
voca mihi omnes viros iuda in diem ter
cium. et tu adesto presens. Abiit ergo
amasa ut convocaret iudam. et mo
ratus est extra placitum quod ei constitue
rat rex. Ait autem david ad abysai.
Nunc magis afflicturus est nos siba
filius bochri quam absalon. Tolle
ergo servos domini tui. et persequere eum. ne
forte inveniat civitates munitas et
effugiat nos. Egressi sunt autem cum eo
viri ioab. Cerethi quoque et phele
thi et omnes robusti de ierusalem. exierunt
ad persequendum siba filium bochri. Cumque
illi essent iuxta lapidem grandem qui
est in gabaon. amasa veniens occur

rit eis. Porro ioab uestit⁹ erat tu
nica stricta ad mensurā habit⁹ sui:
& desup accinctus gladio depen
dente usq; ad ilia in uagina. qui
fabrefactus leui motu egredi po
terat. & percutere. Dixit itaq; ioab
ad amasam. Salue mi frat̄. Et te
nuit manu dextra mentū amasę:
quasi osculans eū. Porro amasa n̄
obseruauit gladium: quē habe
bat ioab. Qui pcussit eū in latē.
& effudit intestina ei in trām: nec
scdm uuln̄ apposuit. Ioab aut̄ &
abysai frat̄ ei: psec uti sunt siba
filiū bochri. Interea quidā uiri cū
stetissent iuxta cadauer amasę de
sociis ioab: dixerūt. Ecce qui uoluit
ēē p ioab comes dauid. Amasa aut̄
conspsus sanguine: iacebat in me
dia uia. Uidit hoc quidā uir: qd
subsisteret omīs pp̄ls ad uidendū
eū: & amouit amasam de uia in
agrū. opuitq; uestimto. ne subsis
terent transeuntes pp̄t eū. Amoto
ḡ illo de uia transibat omīs uir se
quens ioab: ad psequendū siba fili
um bochri. Porro ille transierat
p omīs tribus isrl̄ in abelam. & in bet
macha: omīsq; uiri electi congrega
ti fuerant ad eū. Uenerūt itaq; &
oppugnabant eū in abela. & in beth
macha: & circumdederūt munitio
nib; ciuitatē. & obsessa ē urbs. Om
nis aut̄ turba quę erat cū ioab: mo
liebat̄ destruere muros. Et excla
mauit mulier sapiens de ciuitate.

Audite. audite: dicite ioab. Ap
ppinqua huc: & loquar tecū. Qui
cum accessisset ad eā: ait illi. Tu
es ioab? Et ille respondit. Ego.
Ad quē sic locuta est. Audi ser
mones ancillę tuę. Qui respondit.
Audio. Rursumq; illa. Sermo
inquit dicebat̄ in ueti pūbio. Qui
intrrogant intrrogent in abelā: et
sic pficiebant. Nonne ego sum quę
respondeo uitatē in isrl̄. & tu quę
ris subūtere. & euertere matrē ciuita
tum isrl̄? Quare pcipitas heredita
tem dn̄i? Respondensq; ioab: ait.
Absit. absit hoc a me. Non pcipi
to: neq; demolior. Non se sic habet
res: sed homo de monte effraim siba
filius bochri cognomine. leuauit
manū suā contra regē dauid. Tra
dite illū solū: & recedem̄ a ciuitate.
Et ait mulier ad ioab. Ecce caput
ei mittet̄ ad te p murū. Ingressa ē
ḡ ad omnē ppl̄m: & loc uta ē sa
pient. Qui abscisum caput sibe fi
lii bochri: piecerūt ad ioab. Et ille
cecinit tuba: & recesserūt ab urbe
unusquisq; in tabnacla sua. Ioab
aut̄ reu̇sus ē ihrl̄m ad regē.
Fuit aut̄ ioab sup omnē exercitū
isrl̄. Banaias aut̄ filius ioiadę: sup
cerethęos & phelethęos. Aduram u̇
sup tributa. Porro iosaphath filius
ahilud a cōmentariis. Siba aut̄ scriba.
Sadoch u̇ & abiathar sacerdotes.
Hira aut̄ hiarites: erat sacerdos
dauid. Facta ē quoq; fames in dieb; XXI

dauid: trib; annis iugiter. Et con
suluit dauid oraculum domini. Dixitque
dominus. Propter saul et domum eius et san
guinem: quia occidit gabaonitas.
Uocatis ergo gabaonitis rex: dixit ad
eos. Porro gabaonite non sunt de fi
liis israhel: sed reliquie amorreorum. Fi
lii quippe israhel iurauerant eis: ne per
merent illos. Et uoluit saul percu
tere eos zelo: quasi pro filiis israhel et iu
da. Dixit ergo dauid ad gabaonitas.
Quid faciam uobis. et quod erit uestri pi
aculum. ut benedicatis hereditatem do
mini: Dixeruntque ei gabaonite. Non
est nobis super argento et auro questio:
sed contra saul et contra domum eius: neque uo
lumus ut interficiatur homo de israhel.
Ad quos ait rex. Quid ergo uultis
ut faciam uobis: Qui dixerunt regi.
Uirum qui attriuit nos. et oppressit
inique. ita delere debemus: ut ne u
nus quidem residuus sit de stirpe
eius. in cunctis finibus israhel. Dentur
nobis septem uiri de filiis eius: ut cruci
figamus eos domino in gabaath saul
quondam electi domini. Et ait rex. Ego
dabo. Pepercitque rex mifiboseth filio
ionathan filii saul: propter iusiurandum
domini quod fuerat inter dauid et iona
than filium saul. Tulit itaque rex du
os filios respha filie haia. quos peperit
sauli: armoni. et mifiboseth. et quinque
filios merob filie saul. quos genuerat
adrieli filio berzellai qui fuit de
molathi: et dedit eos in manu ga
baonitarum: qui crucifixerunt eos
Obtima propositio. Dixit ergo helyas prophetis baal. Eligite uobis bouem unum. et facite primi. quia uos plures estis. et inuocate nomina deorum uestrorum. ignemque non supponatis. Qui cum tulissent bouem quem dederat eis fecerunt. et inuocabant nomen baal de mane usque ad meridiem. dicentes. Baal exaudi nos. Et non erat uox. nec qui responderet. Transiliebantque altare quod fecerant. Cumque esset iam meridies. illudebat eis helyas dicens. Clamate uoce maiore. Deus enim est. et forsitan loquitur. aut in diuersorio est. aut in itinere. aut certe dormit ut excitetur. Clamabant ergo uoce magna. et incidebant se cultris. et lanceolis iuxta ritum suum. donec perfunderentur sanguine. Postquam autem transiit meridies. et illis prophetantibus uenerat tempus quo sacrificium offerri solet. nec audiebatur uox. neque aliquis respondebat. nec attendebat orantes. dixit helyas omni populo. Venite ad me. Et accedente ad se populo. curauit altare domini. quod destructum fuerat. et tulit duodecim lapides iuxta numerum tribuum filiorum iacob. ad quem factus est sermo domini. dicens. israel erit nomen tuum. Et edificauit de lapidibus altare in nomine domini. fecitque aqueductum quasi per duas aratiunculas in circuitu altaris. et composuit ligna. diuisitque per membra bouem. et posuit super ligna. et ait. Implete quatuor hydrias aqua. et fundite super holocaustum. et super ligna. Rursumque dixit. Etiam secundo hoc facite. Qui cum fecissent et secundo. ait. Etiam tertio id ipsum facite. Feceruntque tertio. et currebant aque circa altare. et fossa aqueductus repleta est. Cumque iam tempus esset ut offerretur holocaustum. accedens helyas propheta. ait. Domine deus abraham. et ysaac. et israel. hodie ostende quia tu es deus israel. et ego seruus tuus. et iuxta preceptum tuum feci omnia uerba hec. Exaudi me domine. exaudi me. ut discat populus iste quia tu es dominus deus. et tu conuertisti cor eorum iterum. Cecidit autem ignis a domino de celo. et deuorauit holocaustum et ligna. et lapides. puluerem quoque. et aquam que erat in aqueductu lambens. Quod cum uidisset omnis populus. cecidit in faciem suam. et ait. Dominus ipse est deus. dominus ipse est deus. Dixitque ad eos helyas. Apprehendite prophetas baal. et ne unus quidem effugiat ex eis. Quos cum comprehendissent. duxit eos helyas ad torrentem cison. et interfecit eos ibi.

Et ait helyas ad ahab. Ascende comede. et bibe. quia sonus multe pluuie est. Ascendit ahab ut comederet et biberet. helyas autem ascendit in uerticem carmeli. et pronus in terram posuit faciem inter genua sua. et dixit ad puerum suum. Ascende. prospice contra mare. Qui cum ascendisset. et contemplatus esset. ait. Non est

quecquam. Et rursum ait illi. Re-
uertere septem uicibus; In septima autem
uice: ecce nubecula parua quasi ue-
stigium hominis ascendebat de ma-
ri. Qui ait. Ascende: et dic ahab.
Iunge currum tuum: et descende. ne
occupet te pluuia. Cumque se uer-
terent huc atque illuc: ecce celi con-
tenebrati sunt. et nubes. et uentus.
et facta est pluuia grandis. Ascen-
dens itaque ahab: abiit in iezrahel.
Et manus domini facta est super helyam:
accinctisque lumbis currebat ante
ahab. donec ueniret in iezrahel.
XIX Nunciauit ahab autem iezabel omnia
que fecerat helyas: et quomodo occidis-
set uniuersos prophetas baal gladio.
Misitque iezabel nuncium ad helyam
dicens. Hec faciant mihi dii. et hec ad-
dant: nisi hac hora cras posuero
animam tuam. sicut animam unius ex
illis. Timuit ergo helyas: et surgens
abiit quocumque ferebat eum uolun-
tas. Uenitque in bersabee iuda. et
dimisit ibi puerum suum: et perrexit
in desertum uiam unius diei. Cumque
uenisset. et sederet subter unam iuni-
perum: petiuit anime sue ut more-
retur: et ait. Sufficit mihi domine: tolle
animam meam. Neque enim melior
sum: quam patres mei. Proiecitque
se: et obdormiuit in umbra iuni-
peri. Et ecce angelus domini tetigit e-
um: et dixit illi. Surge. et comede.
Respexit: et ecce ad caput suum
subcinericius panis. et uas aque.

Comedit ergo et bibit: et rursum ob-
dormiuit. Reuersusque est angelus domini
secundo: et tetigit eum. et dixit illi. Sur-
ge. comede: grandis enim tibi restat
uia. Qui cum surrexisset: come-
dit. et bibit. Et ambulauit in for-
titudine cibi illius quadraginta
diebus; et quadraginta noctibus; usque
ad montem dei horeb. Cumque uenis-
set illuc: mansit in spelunca. xlvii.
Et ecce sermo domini ad eum: dixitque
illi. Quid hic agis helya: At ille
respondit. Zelo zelatus sum pro do-
mino deo exercituum: quia dereli-
querunt pactum domini filii israel. Alta-
ria tua destruxerunt. et prophetas tuos
occiderunt gladio: et relictus sum e-
go solus: et querunt animam meam
ut auferant eam. Et ait illi. Egre-
dere. et sta in monte coram domino: et
ecce dominus transiet. et spiritus grandis et
fortis. subuertens montes. et conterens
petras ante dominum. Non in spiritu dominus.
Et post spiritum commotio. Non in com-
motione dominus. Et post commotionem
ignis. Non in igne dominus. Et post ig-
nem sibilus aure tenuis. et ibi dominus.
Quod cum audisset helyas: operuit uul-
tum suum pallio. et egressus stetit in
ostio spelunce. Et ecce uox ad eum
dicens. Quid hic agis helya: Et
ille respondit. Zelo zelatus sum
pro domino deo exercituum: quia dereli-
querunt pactum tuum filii israel. Altaria
tua destruxerunt. et prophetas tuos occi-
derunt gladio: et relictus sum ego

solus. & querunt animā meā ut
auferant eā. Et ait dn̄s ad eum.
Uade & reuertere in uiā tuā p deser
tū in damascū. Cumq; perueneris il
luc: unges azahel regem sup syriā.
& ieu filiū nasi unges regē sup isrl.
helyseum aut̄ filiū saphath qui ē
de abelmaula unges pphām p te.
Et erit quicūq; fugerit gladium
azahel. occidet eū ieu. & qui fu
gerit gladiū ieu. interficiet eū he
lyseus. Et dereliqui m̄ in isrl sep
tem milia uirorū. quorū genua n̄
sunt incuruata baal. Et omē os
qđ n̄ adorauit eū: osculans manū.
Profectus ḡ inde helyas. repperit hely
seum filiū saphath. arantē in duo
decim iugis boum. & ipse in duo
decim arantib; unus erat. Cumq;
uenisset helyas ad eū: misit palliū
suū sup illum. Qui statim relic
tis bub; cucurrit post helyā: & ait.
Osculer oro te patrē meū & ~~matrē~~
matrē meā. & sic sequar te. Dixit
q; ei. Uade. & reuertere. Qđ enim
meū erat: feci tibi. Reuersus aut̄ ab eo
tulit par boum: & mactauit illud.
Et in aratro boum coxit carnes.
& dedit pplo. & comederūt. Consur
gensq; abiit. & secutus ē helyā. &
ministrabat ei. xlviii.
XX
Porro be
nadab rex syrie congregauit om
nem exercitū suū. & triginta duos
reges secū. & equos & currus. & ascen
dens pugnabat contra samariā. &
obsidebat eam. Mittensq; nuncios
ad ahab regē isrl in ciuitatē. ait.
Hec dicit benadab. Argentū tuū. &
aurū tuū meū ē. & uxores tue & fi
lii tui optimi mei sunt. Respondit
q; rex isrl. Iuxta ūbum tuū dn̄e
mi rex. tuus sum ego. & omīa mea.
Reuertentesq; nuncii. dixerūt. Hec
dicit benadab qui misit nos ad te.
Argentū tuū. & aurū tuū. & uxo
res tuas. & filios tuos dabis m̄. Cras
ḡ hac eadē hora mittam seruos me
os ad te. & scrutabuntur domū tuā.
& domū seruorū tuorū. & omē qđ
eis placuerit ponent in manib; su
is. & auferent. Uocauit aut̄ rex isrl
omīs seniores t̄re. & ait. Animaduer
tite. & uidete. qđ insidietur nob. Mi
sit enim ad me p uxorib; meis &
filiis. p argento & auro. & n̄ abnui.
Dixeruntq; omīs maiores natu. et
uniūsus pplš ad eū. Non audias.
neq; acquiescas illi. Respondit ita
q; nunciis benadab. Dicite dn̄o me
o regi. Omīa ppt que misisti ad me
seruū tuū in inicio: faciam. Hanc
aut̄ rē. facere n̄ possum. Reuersiq;
nuncii. retulerūt ei. Qui remisit.
& ait. Hec faciant m̄ dii. & hec ad
dant. si suffecerit puluis samarie
pugillis omīs ppli qui sequitur me.
Et respondens rex isrl. ait. Dicite
ei. Ne glorietur accinctus. eque ut
discinctus. Factū ē aūt cū audisset be
nadab ūbum istud. bibebat ipse &
reges in umbraculis. Et ait seruis
suis. Circumdate ciuitatē. Et cir

circumdederunt eam. Et ecce propheta
unus accedens ad ahab regem israel:
ait ei. Hec dicit dominus. Certe vidis
ti omnem multitudinem hanc nimiam:
ecce ego tradam eam in manu
tua hodie: ut scias quia ego sum
dominus. Et ait ahab. Per quem? Di
xitque ei. Hec dicit dominus. Per pedis
sequos principum provinciarum. Et a
it. Quis incipiet preliari? Et ille
dixit. Tu. Recensuit ergo pueros prin
cipum provinciarum: et repperit numero
ducentorum triginta duorum. Et post e
os recensuit populum omnes filios israel
septem milia: et egressi sunt meridie.
Benadab autem bibebat temulentus
in umbraculo suo: et reges triginta duo
cum eo: qui ad auxilium ei venerant.
Egressi sunt autem pueri principum
provinciarum: in prima fronte. Misit
itaque benadab: qui nunciaverunt
ei dicentes. Viri egressi sunt de sa
maria. At ille ait. Sive pro pace ve
niunt. apprehendite eos vivos: sive
prelientur: vivos eos capite. Egressi
sunt ergo pueri principum provinciarum:
ac reliquus exercitus sequebatur. Et per
cussit unusquisque virum qui contra
se veniebat. Fugeruntque syri: et perse
cutus est eos israel. Fugit quoque bena
dab rex syrie in equo cum equitibus;
Necnon egressus israel rex. percussit equos
et currus: et percussit syriam plaga magna.
Accedens autem propheta ad regem xlviii.
regem israel: dixit ei. Vade et confor
tare: et scito. et vide quid facias.

Sequenti enim anno: rex syrie
ascendet contra te. Servi vero regis
syrie dixerunt ei. Dii montium sunt
dii eorum: ideo superaverunt nos. Sed me
lius est ut pugnemus contra eos in
campestribus; et optinebimus eos. Tu
ergo verbum hoc fac. Amove reges
singulos ab exercitu suo. et pone prin
cipes pro eis: et instaura numerum
militum qui ceciderunt de tuis: et e
quos secundum equos pristinos: et currus
secundum currus quos ante habuisti: et
pugnabimus contra eos in campes
tribus; et videbis quod optinebimus eos.
Credidit consilio eorum: et fecit ita.
Igitur postquam annus transie l.
rat: recensuit benadab syros. et
ascendit in affech: ut pugnaret
contra israel. Porro filii israel recensi
ti sunt. Et accepti cibariis: profecti
ex adverso. castra metati sunt contra
eos. quasi duo parvi greges caprarum.
Syri autem repleverunt terram. Et ac
cedens unus vir dei: dixit ad regem
israel. Hec dicit dominus. Quia dixerunt
syri. deus montium est dominus. et non deus val
lium: dabo omnem multitudinem
hanc grandem in manu tua: et scie
tis quia ego sum dominus. Dirigebant
septem diebus ex adverso hi atque illi a
cies: septima autem die commissum est
bellum. Percusseruntque filii israel de sy
ris. centum milia peditum in die una.
Fugerunt autem qui remanserant in
affech. in civitatem: et cecidit murus
super viginti septem milia hominum

qui remanserant. Porro benadab
fugiens ingressus est civitatem in cu-
biculum quod erat intra cubiculum. Di-
xeruntque ei servi sui. Ecce audi-
vimus quod reges israel clementes sint.
Ponamus itaque saccos in lumbis nostris.
et funiculos in capitibus nostris. et egre-
diamur ad regem israel. forsitan sal-
vabit animas nostras. Accinxerunt ergo
saccis lumbos suos. et posuerunt funes
in capitibus suis. veneruntque ad regem
israel. et dixerunt ei. Servus tuus bena-
dab dicit. Vivat oro te anima mea.
Et ille ait. Si adhuc vivit. frater
meus est. Quod acceperunt viri pro omine.
et festinantes rapuerunt verbum ex ore
eius. atque dixerunt. Frater tuus benadab.
Et dixit eis. Ite. adducite eum. Egres-
sus est ergo ad eum benadab. et levavit eum
in currum suum. Qui dixit ei. Civi-
tates quas tulit pater meus a patre tuo
reddam. et plateas fac tibi in damasco.
sicut fecit pater meus in samaria. et e-
go federatus recedam a te. Pepigit ergo
cum eo fedus. et dimisit eum. li
Vir quidam de filiis prophetarum. dixit ad so-
cium suum in sermone domini. Percute
me. At ille noluit percutere. Cui ait.
Quia noluisti audire vocem domini. ec-
ce recedes a me. et percutiet te leo.
Cumque paululum recessisset ab eo.
invenit eum leo. atque percussit. Sed et
alium conveniens virum. dixit ad eum.
Percute me. Qui percussit eum. et vul-
neravit. Abiit ergo propheta. et occurrit
regi in via. et mutavit aspersione
pulveris os. et oculos suos. Cumque
rex transiret. clamavit ad regem. et
ait. Servus tuus egressus est ad prelian-
dum cominus. Cumque fugisset vir
unus. adduxit eum quidam ad me.
et ait. Custodi virum istum. Qui si
lapsus fuerit. erit anima tua pro
anima eius. aut talentum argenti ap-
pendes. Dum autem ego turbatus huc
illucque me verterem. subito non compa-
ruit. Et ait rex israel ad eum. Hoc est
iudicium tuum. quod ipse decrevisti.
At ille statim abstersit pulverem
de facie sua. et cognovit eum rex israel
quod esset de prophetis. Qui ait ad eum. Hec
dicit dominus. Quia dimisisti virum dig-
num morte de manu tua. erit a-
nima tua pro anima eius. et populus tuus
pro populo eius. Reversus est ergo rex israel in do-
mum suam. audire contempnens. et
furibundus venit in samariam. li
Post verba autem hec tempore illo vi- LXXI
nea erat naboth iezrahelite qui e-
rat in iezrahel. iuxta palacium ahab
regis samarie. Locutus est ergo ahab ad
naboth dicens. Da mihi vineam tuam ut
faciam mihi ortum olerum. quia vicina
est et prope domum meam. daboque tibi pro ea
vineam meliorem. aut si tibi commodius
putas. argenti precium quantum dig-
na est dabo. Cui respondit naboth.
Propitius mihi sit dominus. ne dem here-
ditatem patrum meorum tibi. Venit ergo ahab
in domum suam. indignans et frendens
super verbum quod locutus fuerat ad eum naboth
iezrahelites dicens. non dabo tibi here-

ditatē patrū meoꝝ. & piciens se
in lectulū suū. auertit faciē suā
ad parietē. & n̄ comedit panē. In
gressa ē aut̄ ad eū iezabel uxor
sua. dixitq; ei. Quid ē hoc. unde
anima tua contristata ē. & quare
n̄ comedis panē. Qui respondit
ei. Loquut' sum naboth iezrahe
litę. & dixi ei. Da m̄ uineā tuā ac
cepta pecunia. aut si t̄ placet da
bo t̄ uineā meliorē p ea. Et ille
ait. Non dabo t̄ uineā meā. Dix
g ad eū iezabel uxor sua. Gran
dis auctoritatis es. & bene regis reg
num isrl̄. surge. & comede panē.
& ęquo esto animo. ego dabo tibi
uineā naboth iezrahelitę. Scripsit
itaq; litt'as ex nomine ahab. & sig
nauit eas anulo ei'. & misit ad ma
iores natu. & ad optimates qui e
rant in ciuitate ei'. & habitabant
cū naboth. Litt'aꝝ aut̄ erat ista
sententia. Predicate ieiuniū. & se
dere facite naboth int' pmates po
puli. & submittite duos uiros fi
lios belial contra eū. & falsum tes
timoniū dicant. Benedixit na
both dm̄ & regē. Et educite eū.
& lapidate. sicq; moriat'. Fecerūt
g ciues ei' maiores natu. & opti
mates qui habitabāt cū eo in urbe.
sicut pceperat eis iezabel. sicut &
scriptum erat in litt'is quas miserat
ad eos. Predicauerunt ieiuniū. &
sedere fecerūt naboth int' pmos po
puli. Et adductis duob; uiris fi
liis diabli. fecerūt eos sedere contra
eum. At illi scilicet ut uiri diabli
ci. dixerūt contra eū testimoniū
corā multitudine. Bn̄dixit naboth
dm̄ & regē. Quā ob rē eduxerūt eū
extra ciuitatē. & lapidib; interfece
runt. Miseruntq; ad iezabel dicentes.
Lapidat' ē naboth. & mortuus ē.
Factum ē aut̄ cū audisset iezabel
lapidatū naboth. & mortuū. locu
ta ē ad ahab. Surge. posside uineā
naboth iezrahelitę. qui noluit t̄ ac
quiescere. & dare eā accepta pecu
nia. Non enī uiuit naboth. sed mor
tuus ē. Quod cum audisset ahab mor
tuū uidelicet naboth. surrexit. et
descendebat in uineā naboth iezra
helitę. ut possideret eam. LIII.
Factus ē g sermo dn̄i ad helyam
thesbiten dicens. Surge. & descende
in occursum ahab regis isrl̄. qui ē
in samaria. Ecce ad uineā naboth
descendit ut possideat eā. & loque
ris ad eū dicens. Hec dicit dn̄s. Oc
cidisti. insup & possedisti. Et post
hec addes. Hec dicit dn̄s. In loco hoc
in quo linxerūt canes sanguinē na
both. lambent quoq; tuū sanguinē.
Et ait ahab ad helyā. Num inue
nisti me inimicū t̄. Qui dixit. In
ueni. eo qd uenundat' sis ut faceres
malū in conspectu dn̄i. Ecce ego in
ducam sup te malū. & demetam
posteriora tua. ut interficiam de ahab
mingentē ad parietē. & clausum. &
ultimū in isrl̄. Et dabo domū tuā

sicut domū ieroboam filii nabath.
& sicut domū baasa filii haia. qa
egisti ut me ad iracundiā prouoca
res. & peccare fecisti isrł. Sed & de
iezabel locut̃ ē dns dicens. Canes
comedent iezabel in agro iezrahel.
Si mortuus fuerit in ciuitate ahab.
comedent eū canes. Si aut̃ mortu
us fuerit in agro. comedent eū uolu
cres celi. Igitur n̄ fuit alt̃ talis ut
ahab. qui uenundat̃ ē ut faceret
malū in conspectu dni. Concita
uit enī eū iezabel uxor sua. & ab
hominabilis effectus ē in tantū. ut
sequeret̃ ydola quę fecerant amor
rei. quos consumpsit dns a facie
filiorum isrł. Itaq; cum audisset ahab
sermones istos. scidit uestē suā. &
operuit cilicio carnē suā. Ieiunauit
q; & dormiuit in sacco. & ambula
bat demisso capite. Factus ē g̃ ser
mo dni ad helyā thesbiten dicens.
Nonne uidisti ahab humiliatū co
ram me. Quia g̃ humiliat̃ ē mei
causa. n̄ inducam malū in dieb;
eius. sed in dieb; filii sui inferam ma
XXII
Transierūt g̃ lū domui ei. liiii.
tres anni absq; bello. inter syriā et
isrł. In anno aut̃ tercio. descendit io
saphath rex iuda ad regē isrł. Di
xitq; rex isrł ad seruos suos. Igno
ratis qđ nrā sit ramoth galaad. &
negligimus eā tollere de manu regis
syrię. Et ait ad iosaphath. Uenies
ne mecū ad preliandum in ramoth
galaad. Dixitq; iosaphath ad re
gem isrł. Sicut ego sum. ita & tu.
Populus meus & populus tuus unū sunt. &
equites mei. & equites tui. Dixitq;
iosaphath ad regē isrł. Quere oro
te hodie sermonē dni. Congregauit
g̃ rex isrł prophetas quadringentos cir
citer uiros. & ait ad eos. Ire debeo
in ramoth galaad ad preliandū. an
quiescere. Qui responderūt. Ascen
de. & dabit eā dns in manu regis.
Dixit aut̃ iosaphath. Num ē hic
propheta dni quispiā. ut interrogemus per
eum. Et ait rex isrł ad iosaphath.
Remansit uir unus per quē possum
interrogare dnm. sed ego odi eū. qa
n̄ prophetat m̄ bonū. sed malū. michē
as filius iemla. Cui iosaphath ait.
Ne loquaris ita rex. Uocauit g̃ rex
isrł eunuchū quendā. & dixit ei.
Festina adducere micheam filiū hi
emla. Rex aut̃ isrł. & iosaphath
rex iuda sedebant unusquisq; in so
lio suo uestiti cultu regio in porta
samarię. & uniuersi prophetę prophetabant
in conspectu eorum. Fecit quoq; sibi
sedechias filius chanana cornua
ferrea. & ait. Hęc dicit dns. His uen
tilabis syriā. donec deleas eā. Omnesq;
prophetę similit̃ prophetabant dicentes. As
cende in ramoth galaad. & uade
prospere. & tradet eam dns in manu
regis. Nuncius uero qui ierat uocare
micheā. locutus ē ad eū dicens.
Ecce sermones prophetarum uno ore bo
na regi predicant. Sit g̃ sermo tuus
similis eorum. & loquere bona. Cui

ait micheas. Viuit dominus: quia quod-
cumque dixerit mihi dominus. hoc loquar.
Venit itaque ad regem. et ait illi rex.
Michea. ut debemus in ramoth
galaad ad preliandum. an cessare.
Cui ille respondit. Ascende. et ua-
de prospere. et tradet dominus in manu
regis. Dixit autem ei rex. Iterum atque
iterum adiuro te ut non loquaris mihi
nisi quod uerum est in nomine domini. Et
ille ait. Vidi cunctum israel in mon-
tibus dispersum. quasi oues non haben-
tes pastorem. Et ait dominus. Non ha-
bent dominum isti. reuertatur unusquisque
in domum suam in pace. Dixit ergo rex
israel ad iosaphath. Numquid non dixi tibi.
quia non prophetat mihi bonum. sed semper
malum. Ille uero addens ait. Propterea
audi sermonem domini. Vidi dominum se-
dentem super solium suum. et omnem exer-
citum celi assistentem ei a dextris et a
sinistris. Et ait dominus. Quis decipi-
et ahab regem israel. ut ascendat. et ca-
dat in ramoth galaad. Et dixit
unus uerba huiuscemodi. et alius aliter.
Egressus est autem spiritus. et stetit coram
domino. et ait. Ego decipiam illum. Cui
locutus est dominus. In quo. Et ille ait.
Egrediar. et ero spiritus mendax in ore
omnium prophetarum eius. Et dixit dominus.
Decipies. et preualebis. Egredere. et
fac ita. Nunc igitur ecce dedit dominus spiritum
mendacem in ore omnium prophetarum tuorum
qui hic sunt. et dominus locutus est
contra te malum. Accessit autem sede-
chias filius chanaana. et percussit mi-
cheam in maxillam. et dixit. Me
ne ergo dimisit spiritus domini. et locutus est tibi.
Et ait micheas. Visurus es in die il-
la quando ingredieris cubiculum intra
cubiculum. ut abscondaris. Et ait rex
israel. Tollite micheam. et maneat apud
amon principem ciuitatis. et apud io-
as filium amalech. et dicite ei. Hec di-
cit rex. Mittite uirum istum in carce-
rem. et sustentate eum pane tribula-
tionis. et aqua angustie. donec re-
uertar in pace. Dixitque micheas. Si
reuersus fueris in pace. non est locutus
dominus in me. Et ait. Audite omnes populi.
Ascendit itaque rex israel. et iosa- LV
phath rex iuda in ramoth galaad.
Dixitque rex israel ad iosaphath. Sume arma
et ingredere prelium. et induere uestibus
tuis. Porro rex israel mutauit habi-
tum suum. et ingressus est bellum. Rex
autem syrie preceperat principibus cur-
ruum triginta duobus dicens. Non
pugnabitis contra minorem et ma-
iorem quempiam. nisi contra regem israel
solum. Cum ergo uidissent principes cur-
ruum iosaphath. suspicati sunt quod
ipse esset rex israel. Et impetu facto
pugnabant contra eum. Et exclama-
uit iosaphath. Intellexeruntque principes
curruum quod non esset rex israel. et cessa-
uerunt ab eo. Vnus autem quidam teten-
dit arcum in incertum sagittam dirigens.
et casu percussit regem israel. inter pul-
monem et stomachum. At ille dixit
aurige suo. Verte manum tuam. et
eice me de exercitu. quia grauiter

uulneratus sum. Commissum est ergo prelium in die illa. Et rex israhel stabat in curru suo contra syrios. et mortuus est uespere. Fluebat autem sanguis plage in sinum currus. et preco personuit in uniuerso exercitu antequam sol occumberet dicens. Unusquisque reuertatur in ciuitatem et in terram suam. Mortuus est autem rex. et perlatus est samariam. sepelieruntque eum in samaria. Et lauerunt currum eius in piscina samarie. et linxerunt canes sanguinem eius. et habenas lauerunt iuxta uerbum domini. quod locutus fuerat. Reliqua uero sermonum ahab. et uniuersa que fecit. et domus eburnea quam edificauit. cunctarumque urbium quas exstruxit. nonne hec scripta sunt in libro uerborum dierum regum israhel. Dormiuit ergo ahab cum patribus suis. et regnauit ochozias filius eius pro eo. Iosaphath uero filius asa regnare ceperat super iudam. anno quarto ahab regis israhel. Triginta et quinque annorum erat cum regnare cepisset. et uiginti quinque annis regnauit in ierusalem. Nomen matris eius azuba filia salai. et ambulauit in omni uia asa patris sui. et non declinauit ex ea. fecitque quod rectum est in conspectu domini. uerumtamen excelsa non abstulit. Adhuc enim populus sacrificabat. et adolebat incensum in excelsis. pacemque habuit iosaphath cum rege israhel. Reliqua autem uerborum iosaphath. et opera eius que gessit. et prelia. nonne hec scripta in libro uerborum dierum regum iuda. Sed et reliquias effeminatorum qui remanserant in diebus asa patris eius. abstulit de terra. Nec erat tunc constitutus rex in edom. Rex autem iosaphath fecerat classes in mari. que nauigarent in ophyr propter aurum. et ire non potuerunt. quia confracte sunt in asiongaber. Tunc ait ochozias filius ahab ad iosaphath. Uadant serui mei cum seruis tuis in nauibus. Et noluit iosaphath. Dormiuitque iosaphath cum patribus suis. et sepultus est cum eis. in ciuitate dauid patris sui. regnauitque ioram filius eius pro eo. Ochozias autem filius ahab regnare ceperat super israhel in samaria. anno septimo decimo iosaphath regis iude. regnauitque super israhel duobus annis. Et fecit malum in conspectu domini. et ambulauit in uia patris sui. et matris sue. et in uia ieroboam filii nabath. qui peccare fecit israhel. Seruiuitque baal. et adorauit eum. et irritauit dominum deum israhel. iuxta omnia que fecerat pater eius. Tu autem domine miserere.

EXPLICIT LIBER REGUM TERCIUS; INCIPIT QUARTUS;

PREVARICATUS EST AUTEM MOAB IN ISRAEL POST quam mortuus est ahab. Ceciditque ochozias per cancellos cenaculi sui quod habebat in samaria. et egrotavit. misitque nuncios dicens ad eos. Ite. consulite beelzebub deum accharon. utrum vivere queam de infirmitate mea hac. Angelus autem domini locutus est ad helyam tesbiten dicens. Surge. et descende in occursum regis nunciorum samarie. et dices ad eos. Numquid non est deus in israel. ut eatis ad consulendum beelzebub deum accharon. Quam ob rem hec dicit dominus. De lectulo super quem ascendisti non descendes. sed morte morieris. Et abiit helyas. Reversique sunt nuncii ad ochoziam. Qui dixit eis. Quare reversi estis. At illi responderunt ei. Vir occurrit nobis. et dixit ad nos. Ite. et revertimini ad regem qui misit vos. et dicetis ei. Hec dicit dominus. Numquid quia non erat deus in israel. misisti ut consulatur beelzebub deus accharon. Idcirco de lectulo super quem ascendisti non descendes. sed morte morieris. Qui dixit eis. Cuius figure et habitus est vir qui occurrit vobis. et locutus est verba hec. At illi dixerunt. Vir pilosus. et zona pellicea accinctus renibus. Qui ait. Helyas thesbites est. Misitque ad eum quinquagenarium principem. et quinquaginta qui erant sub eo. Qui ascendit ad eum. sedentique in vertice montis ait. Homo dei. rex precepit ut descendas. Respondensque helyas. dixit quinquagenario. Si homo dei sum. descendat ignis de celo. et devoret te. et quinquaginta tuos. Descenditque ignis de celo. et devoravit eum. et quinquaginta qui erant cum eo. Rursum misit ad eum principem quinquagenarium alterum. et quinquaginta cum eo. Qui locutus est ei. Homo dei. hec dicit rex. Festina. descende. Respondens helyas. ait. Si homo dei ego sum. descendat ignis de celo. et devoret te. et quinquaginta tuos. Descendit ergo ignis dei de celo. et devoravit illum. et quinquaginta eius. Iterum misit tercium principem quinquagenarium. et quinquaginta qui erant cum eo. Qui cum venisset. curvavit genua ante helyam. et precatus est eum. et ait. Homo dei. noli despicere animam meam. et animam servorum tuorum qui mecum sunt. Ecce descendit ignis de celo. et devoravit duos principes quinquagenarios primos. et quinquagenos qui cum eis erant. sed nunc obsecro ut miserearis anime mee. Loquutus est autem angelus domini ad helyam dicens. Descende cum eo.

ne timeas. Surrexit igitur et descendit
cum eo ad regem: et locutus est ei. Hec
dicit dominus. Quia misisti nuncios
ad consulendum beelzebub deum ac
charon. quasi non esset deus in israel a quo
possis interrogare sermonem: ideo de
lectulo super quem ascendisti non descen
des. sed morte morieris. Mortuus
est igitur iuxta sermonem domini quem locutus
est helyas: et regnauit ioram frater eius
pro eo. anno secundo ioram filii iosaphat
regis iude. Non enim habebat filium.
Reliqua autem uerborum ochozie que
operatus est. nonne hec scripta sunt in libro
sermonum dierum regum israel. II.

Factum est autem cum leuare uellet
dominum helyam per turbinem in celum:
ibant helyas et helyseus de galgalis.
Dixitque helyas ad helyseum. Sede hic:
quia dominus misit me usque bethel. Cui
ait helyseus. Uiuit dominus. et uiuit a
nima tua: quia non derelinquam te.
Cumque descendissent bethel: egres
si sunt filii prophetarum qui erant in be
thel ad helyseum. et dixerunt ei. Num
quid nosti quia hodie dominus tollet
dominum tuum a te: Qui respondit.
Et ego noui. Silete. Dixit autem he
lyas ad helyseum. Sede hic: quia
dominus misit me in iericho. Et ille
ait. Uiuit dominus. et uiuit anima tua:
quia non derelinquam te. Cumque
uenissent iericho: accesserunt filii pro
phetarum qui erant ibi ad helyseum: et
dixerunt ei. Numquid nosti quia hodie
tollet dominus dominum tuum a te: Et ait.
Et ego noui: silete. Dixit autem
helyas. Sede hic: quia dominus misit
me usque ad iordanem. Qui ait. Ui
uit dominus. et uiuit anima tua: quia
non derelinquam te. Ierunt igitur ambo pariter:
et quinquaginta uiri de filiis prophetarum secuti
sunt. Qui steterunt econtra de longe. Illi autem ambo
stabant super iordanem. Tulitque he
lyas pallium suum. et inuoluit illud: et
percussit aquas. Que diuise sunt in
utramque partem: et transierunt ambo per
siccum. Cumque transissent: helyas di
xit ad helyseum. Postula quod uis ut
faciam tibi: antequam tollar a te. Di
xitque helyseus. Obsecro. ut fiat spiritus
tuus duplex in me. Qui ait. Rem
difficilem postulasti. Attamen si uide
ris me quando tollar a te: erit tibi
quod petisti. Si autem non uideris: non erit.
Cumque pergerent. et incedentes ser
mocinarentur: ecce currus igneus. et e
qui ignei diuiserunt utrumque: et ascen
dit helyas per turbinem in celum. Hely
seus autem uidebat: et clamabat. Pater
mi. pater mi: currus israel. et auriga eius.
Et non uidit eum amplius. Apprehen
ditque uestimenta sua. et scidit illa in
duas partes: et leuauit pallium helye
quod ceciderat ei. Reuersusque stetit super
ripam iordanis: et pallio helye quod
ceciderat ei percussit aquas. Que non
sunt diuise. Et dixit. Ubi est deus
helye etiam nunc: Percussitque a
quas: et diuise sunt huc atque illuc:
et transiuit helyseus. Uidentes autem
filii prophetarum qui erant in iericho

deconta dixerunt. Requieuit
spc̄ helye sup helyseū. Et uenien
tes in occursum ei. adorauerunt eū
proni in terram. Dixeruntq; illi. Ecce
cum serui tui sunt quinquagin
ta uiri fortes. qui possunt ire. et
querere dn̄m tuū. ne forte tule
rit eū dn̄s spc̄. et proiecerit eum in
uno montiū. aut in una uallium.
Qui ait. Nolite mittere. Coegeruntq;
eū. donec acquiesceret. et diceret.
mittite. Et miserunt quinquaginta
uiros. Qui cū quesissent trib; dieb;
nō inuenerunt. et reuersi sunt ad eum.
Ille autē habitabat in iericho. Di
xitq; eis. Numquid nō dixi uob. noli
Dixerunt quoq; Nolite mittere. III.
uiri ciuitatis ad helyseum. Ecce
habitatio ciuitatis huius optima
ē. sicut tu ipse dn̄e perspicis. sed a
que pessime sunt. et terra sterilis. At
ille ait. Afferte mihi uas nouū. et
mittite in illud sal. Qui cū attu
lissent. egressus ad fontē aquarū.
misit in eū sal. et ait. Hec dicit do
minus. Sanaui aquas has. et nō erit
in eis ultra mors. neq; sterilitas.
Sanate sunt ergo aque usq; in diē
hanc. iuxta uerbum helysei quod lo
quutus ē. Ascendit autē inde bethel.
Cumq; ascenderet p uiā. pueri
parui egressi sunt de ciuitate. et illude
bant ei dicentes. Ascende calue.
ascende calue. Qui cū respexisset
uidit eos. et maledixit eis in no
mine dn̄i. Egressiq; sunt duo
ursi de saltu. et lacerauerunt ex eis
quadraginta duos pueros. Abiit
autē inde in montē carmeli. et in
de reuersus est samariam. IIII.

III Ioram uero filius ahab regnauit sup
isrl̄ in samaria. anno octauo de
cimo iosaphath regis iude. Regna
uitq; duodecim annis. et fecit ma
lum corā dn̄o. sed nō sicut pater suus
et mater. Tulit enī statuas baal quas
fecerat pater ei. uerumtamen in peccatis
ieroboam filii nabath qui peccare
fecit isrl̄ adhesit. nec recessit ab eis.

Porro mesa rex moab nutriebat V.
pecora multa. et soluebat regi isrl̄
centū milia agnorū. et centū milia
arietū cū uellerib; suis. Cumq; mor
tuus esset ahab. preuaricatus ē fedus quod
habebat cū rege isrl̄. Egressus ē ergo
rex ioram in die illa de samaria.
et recensuit uniuersum isrl̄. Misitq;
ad iosaphath regē iuda. dicens. Rex
moab recessit a me. ueni mecū contra
eū in prelium. Qui respondit. As
cendam. Qui meus ē. tuus ē. Populus
meus populus tuus. et equi mei equi tui.
Dixitq; Per quā uiā ascendemus.
At ille respondit. Per desertū ydu
mee. Perrexerunt ergo rex isrl̄. et rex iu
da. et rex edom. et circuierunt p uiā
septē dierū nec erat aqua exercitui
et iumentis que sequebantur eos. Dixit
q; rex isrl̄. Heu. heu. heu. Congre
gauit nos dn̄s tres reges. ut trade
ret in manu moab. Et ait iosaphat.
Est ne hic propheta dn̄i. ut deprecem

dominum per eum. Et respondit u-
nus de servis regis israel. Est hic he-
liseus filius saphath: qui funde-
bat aquam super manus heliae. Et ait
iosaphath. Est apud eum sermo
domini. Dixerunt. Et. Descenditque
ad eum rex israel. et iosaphath. et rex
edom. Dixit autem heliseus ad regem
israel. Quid mihi et tibi est? Vade ad prophe-
tas patris tui. et matris tue. Et ait il-
li rex israel. Quare congregavit do-
minus tres reges hos. ut traderet e-
os in manus moab. Dixitque ad e-
um heliseus. Vivit dominus exercituum
in cuius conspectu sto: quod si non vul-
tum iosaphath regis iuda eru-
bescerem: nec attendissem quidem
te. nec respexissem. Nunc autem ad-
ducite mihi psalten. Cumque caneret
psaltes: facta est super eum manus domini. et
ait. Hec dicit dominus. Facite alveum tor-
rentis huius fossas. et fossas. Hec
enim dicit dominus. Non videbitis ven-
tum neque pluviam: et alveus iste re-
plebitur aquis: et bibetis vos et fami-
lie vestre. et iumenta vestra. Parumque hoc
est in conspectu domini: insuper et tradet
etiam moab in manus vestras: et percu-
tietis omnem civitatem munitam. et om-
nem urbem electam: et universum lignum
fructiferum succidetis: cunctosque fon-
tes aquarum obturabitis: et omnem a-
grum egregium operietis lapidibus. Fac-
tum est igitur mane quando sacrificium
offerri solet: et ecce aque veniebant
per viam edom. et repleta est terra aquis.

Universi autem moabite audientes quod
ascendissent tres reges. ut pugnarent
adversum eos: convocaverunt omnes qui
accincti erant balteo desuper. et ste-
terunt in terminis. Primoque mane
surgentes. et orto iam sole ex adverso
aquarum: viderunt moabite e contra
aquas rubras quasi sanguinem. Di-
xeruntque. Sanguis gladii est. Pug-
naverunt reges contra se: et cesi sunt
mutuo. Nunc perge ad predam moab.
Perrexeruntque in castra israel. Porro
consurgens israel: percussit moab. At
illi fugerunt coram eis. Venerunt igitur qui
vicerant. et percusserunt moab: et civi-
tates destruxerunt: et omnem agrum op-
timum mittentes singuli lapides reple-
verunt: et universos fontes aquarum optu-
raverunt: et omnia ligna fructifera
succiderunt: ita ut muri tantum fictiles
remanerent. Et circumdata est civi-
tas a fundibalariis: et magna ex
parte percussa. Quod cum vidisset rex mo-
ab. prevaluisse scilicet hostes: tulit
secum septingentos viros educen-
tes gladium. ut irrumperent ad regem
edom: et non potuerunt. Arripiensque
filium suum primogenitum qui regnaturus
erat pro eo: obtulit holocaustum super
murum. Et facta est indignatio mag-
na in israel. Statimque recesserunt ab eo:
et reversi sunt in terram suam. VI.

Mulier autem quedam de uxoribus pro-
phetarum: clamabat ad heliseum dicens. IIII
Servus tuus vir meus mortuus est: et tu
nosti quia servus tuus fuit timens dominum.

Et ecce creditor uenit: ut tollat duos filios meos ad seruiendū sibi. Cui dixit helyseus. Quid uis ut faciam tibi? Dic m(ihi) quid habes in domo tua. At illa respondit. Non habeo ancilla tua quicquā in domo mea: nisi parū olei quo unguar. Cui ait. Uade. pete mutuo ab omib; uicinis tuis uasa uacua nō pauca: et ingredere. et claude ostium cū intrinsecus fueris tu et filii tui: et mitte inde in omia uasa hec: et cū plena fuerint tolles. Iuit itaq; mulier: et clausit ostiū sup se. et sup filios suos. Illi offerebant uasa: et illa infundebat. Cumq; plena fuissent uasa: dixit ad filiū suū. Affer m(ihi) adhuc uas. Et ille respondit. Non habeo. Stetitq; oleum. Uenit aut illa: et indicauit homini di. At ille. Uade inquit. uende oleum: et redde creditori tuo. Tu aut et filii tui: uiuite de reliquo.

VII. Factum ē autē quadā die: et transibat helyseus p sunam. Erat aut ibi mulier magna: que et tenuit eū. ut comederet panē. Cumq; frequent inde transiret: diuertebat ad eā ut comederet panē. Que dixit ad uirū suū. Animaduerto qd uir di ē scs iste: qui transit p nos frequent. Faciam g(ergo) cenaclm paruū: et ponamus ei in eo lectum. et mensam. et sellam. et candelabrū. ut cū uenerit ad nos. maneat ibi. Facta ē g(ergo) quedā dies: et ueniens diuertit in cenaclm. et requieuit ibi. Dixitq; ad giezi puerū suū. Uoca sunamitē istam. Qui cū uocasset eā. et illa stetisset corā eo: dixit ad puerum. Loquere ad eā. Ecce sedule in omib; ministrasti nb. Quid uis ut faciam tibi? Numquid habes negocium? et uis ut loquar regi. siue principi militie? Que respondit. In medio ppli mei habito. Et ait. Quid g(ergo) uult ut faciam ei? Dixitq; giezi. Ne queras. Filiū enī nō habet: et uir ei senex ē. Precepit itaq; ut uocaret eam. Que cum uocata fuisset. et stetisset ad ostium: dixit ad eā. In tempe isto. et in hac eadē hora si uita comes fuerit: habebis in utero filiū. At illa respondit. Noli queso dne mi uir di: noli mentiri ancille tue. Et concepit mulier: et pepit filium: in tempe. et in eadē hora q(ua) dixerat helyseus. Creuit aut puer. Et cū esset quedā dies: et egressus fuisset ad patrē suū ad messores: ait patri suo. Caput meū: caput meū doleo. At ille dix. Tolle. et duc eū ad matrē suā. Qui cū tulisset. et adduxisset eū ad matrē suā: posuit eū illa sup genua sua usq; ad meridiē. et mortuus ē. Ascendit aut. et collocauit eū sup lectū hominis di. et clausit ostium: et egressa uocauit uirū suū. et ait. Mitte mecū obsecro unū de pueris. et asinā: ut excurram usq; ad hominē di. et redi/

tar: Qui ait illi. Quã ob causam
uadis ad eum? Hodie ñ sunt ka-
lende: neq; sabbatũ. Que respon-
dit. Uadam. Strauitq; asinã: & p̃-
cepit puero. Mina & ꝑpa. ne m̃
morã facias in eundo: & hoc age
qđ pcipio t. Profecta ẽ g̃: & uenit
ad uirũ dĩ. in montẽ carmeli. Cũq;
uidisset eã uir dĩ de contͣ: ait ad gie-
zi puerũ suũ. Ecce sunamitis illa.
Uade g̃ in occursũ eĩ: & dic ei. Rec-
te ne agitͬ circa te. & circa uirũ tuũ.
& circa filiũ tuũ? Que respondit.
Recte. Cumq; uenisset ad uirũ dĩ
in montẽ: apphendit pedes eĩ. Et
accessit giezi: ut amoueret eam.
Et ait homo dĩ. Dimitte illã. Ani-
ma enĩ eĩ in amaritudine ẽ: & do-
minus celauit a me. & ñ indicauit
m̃. Que dixit illi. Numqđ petiui fi-
liũ a dño meo? Numqđ ñ dixi t ñ
illudas me? Et ille ait ad giezi. Ac-
cinge lumbos tuos. & tolle baclm
meũ in manu tua: & uade. Si oc-
currerit t homo. ñ salutes eũ. et
si salutauit te quispiã. ñ responde-
as illi: & pones baclm meũ sup faciẽ pu-
eri. Porro mať pueri ait. Uiuit
dominꝰ. & uiuit anima tua: ñ di-
mittam te. Surrexit g̃: & sequť
ẽ eã. Giezi autẽ pcesserat eos. & po-
suerat baclm sup faciẽ pueri: & ñ
erat uox. neq; sensus. Reũsus ẽ g̃
in occursum eĩ: & nunciauit ei di-
cens. Non surrexit puer. Ingressus
ẽ g̃ helyseus domũ: & ecce puer
mortuus iacebat in lectulo eĩ. Ingres-
susq; clausit ostium sup se. & sup
puerũ. & orauit ad dñm: & ascen-
dit. & incubuit sup puerũ. Posuitq;
[illegible] os suũ sup os eĩ. & ocłos suõ
sup ocłos eĩ: & man suas sup man
eĩ. & incuruauit se sup eũ: & cale-
facta ẽ caro pueri. Et ille reũsus
deambulauit in domo semel huc
atq; illuc: & ascendit. & incubuit
sup eũ. & oscitauit puer septies:
apuitq; ocłos. Et ille uocauit gie-
zi: & dixit ei. Uoca sunamitẽ hanc.
Que uocata ingressa ẽ ad eũ. Qui
ait. Tolle filiũ tuũ. Uenit illa. &
corruit ad pedes eĩ: & adorauit sup
t̃ram. Tulitq; filiũ suũ: & egressa ẽ.
Et helyseus reũsus ẽ in galgalã.

IIII

Erat autẽ fames in t̃ra: & filii ꝑphaꝝ
habitabant corã eo. Dixitq; uni de
pueris suis. Pone ollã grandẽ: & co-
que pulmentũ filiis ꝑphaꝝ. Et egres-
sus ẽ unus in agrũ. ut colligeret
herbas agrestes: inuenitq; quasi ui-
tẽ agrestẽ: et collegit ex ea colochin-
tidas agri: & impleuit palliũ suũ.
Et reũsus: concidit in ollã pulmti.
Nesciebat enĩ quid eẽt. Infuderũt g̃
sociis: ut comederent. Cumq; gus-
tassent de coctione: exclamauerũt
dicentes. Mors in olla uir dĩ. Et
ñ potuerũt comedere. At ille dix. Afferte m̃gt
farinã. Cumq; attulissent: misit
in ollã. & ait. Infunde turbe: ut co-
medant. Et ñ fuit ampli quicquã
amaritudinis in olla. Uir autẽ qdã

uenit de balsalisa: deferens uiro
dei panes primitiarum. et uiginti panes
ordeacios. et frumentum nouum in pe-
ra sua. At ille dixit. Da populo: ut
comedat. Responditque ...
minister eius. Quantum est hoc. ut ap-
ponam coram centum uiris. Rur-
sum ille ait. Da hoc populo: ut come-
dat. Hec enim dicit dominus. Come-
dent: et supererit. Posuit itaque co-
ram eis. Qui comederunt: et superfu-
Naaman sit iuxta uerbum domini. viii.
princeps militie regis syrie: erat uir
magnus apud dominum suum. et hono-
ratus. Per illum enim: dedit dominus sa-
lutem syrie. Erat autem uir fortis et
diues: sed leprosus. Porro de syria e-
gressi fuerant latrunculi: et capti-
uam duxerant de terra israel puellam
paruulam. que erat in obsequio u-
xoris naaman. Que ait ad dominam
suam. Utinam fuisset dominus meus ad prophe-
tam qui est in samaria: profecto cu-
rasset eum a lepra quam habet. Ingres-
sus est itaque naaman ad dominum suum:
et nunciauit ei dicens. Sic et sic lo-
quuta est puella de terra israel. Dixitque
ei rex syrie. Uade. et mittam litteras
ad regem israel. Qui cum profectus esset.
et tulisset secum decem talenta argen-
ti. et sex milia aureos. et decem mu-
tatoria uestimentorum: detulit litteras
ad regem israel in hec uerba. Cum ac-
ceperis epistolam hanc: scito quod mise-
rim ad te naaman seruum meum.
ut cures eum a lepra sua. Cumque le-
gisset rex israel litteras: scidit uesti-
menta sua. et ait. Numquid deus sum.
ut occidere possim. et uiuificare?
quia misit iste ad me. ut curem
hominem a lepra sua. Animaduer-
tite et uidete: quod occasiones que-
rat aduersum me. Quod cum audis-
set helyseus uir dei scidisse uideli-
cet regem israel uestimenta sua: misit ad
eum dicens. Quare scidisti uestimenta
tua? Ueniat ad me: et sciat esse prophe-
tam in israel. Uenit ergo naaman cum
equis et curribus: et stetit ad ostium
domus helysei. Misitque ad eum he-
lyseus nuncium dicens. Uade. et la-
uare septies in iordane: et recipi-
et sanitatem caro tua. atque munda-
beris. Iratus naaman: recedebat
dicens. Putabam quod egrederetur ad
me: et stans inuocaret nomen domini
dei sui: et tangeret manu sua locum
lepre. et curaret me. Numquid non me-
liores sunt abana. et farfar fluuii
damasci. omnibus aquis israel. ut la-
uer in eis. et munder? Cum ergo
uertisset se. et abiret indignans: ac-
cesserunt ad eum serui sui. et loquuti
sunt ei. Pater: et si rem grandem dixis-
set tibi propheta: certe facere debueras.
Quanto magis quia nunc dixit tibi.
lauare. et mundaberis? Descendit.
et lauit in iordane septies iuxta
sermonem uiri dei: et restituta est caro
eius sicut caro pueri paruuli. et mun-
datus est. Reuersusque ad uirum dei cum
uniuerso comitatu suo: uenit. et ste-

tit coram eo. & ait. Vere scio quod
non sit deus in uniuersa terra: nisi tantum
in israel. Obsecro itaque ut accipias
benedictionem a seruo tuo. At ille res-
pondit. Viuit dominus ante quem sto:
quia non accipiam. Cumque uim fa-
ceret: penitus non acquieuit. Dixitque
naaman. Ut uis. sed obsecro. conce-
de mihi seruo tuo. ut tollam onus
duorum burdonum de terra. Non enim
ultra faciet seruus tuus holocaustum.
aut uictimam diis alienis: nisi domino.
Hoc autem solum est. de quo depreceris dominum pro
seruo tuo. Quando ingredietur dominus
meus templum remmon. ut adoret. &
illo innitente super manum meam si ad-
orauero in templo remmon. adoran-
te eo in eodem loco: ut ignoscat mihi do-
minus seruo tuo pro hac re. Qui di-
xit ei. Vade in pace. Abiit ergo ab eo:
electo terre tempore. Dixitque giezi pu-
er uiri dei. Pepercit dominus meus naaman
syro isti: ut non acciperet ab eo. que
attulit. Viuit dominus quia curram
post eum: & accipiam ab eo aliquid.
Et secutus est giezi post tergum naa-
man. Quem cum uidisset ille curren-
tem ad se: desiliuit de curru in occur-
sum eius. & ait. Recte ne sunt omnia:
Et ille ait. Recte. Dominus meus misit
me ad te dicens. Modo uenerunt ad
me duo uiri adolescentes de monte
effraim. ex filiis prophetarum: da eis ta-
lentum argenti. & uestes mutatorias
duplices. Dixitque naaman. Melius
est ut accipias duo talenta. Et coe-
git eum. Ligauitque duo talen-
ta argenti in duobus saccis. & du-
plicia uestimenta: & imposuit du-
obus pueris suis. Qui & portaue-
runt coram eo. Cumque uenisset iam
uespere: tulit de manu eorum. & repo-
suit in domo. Dimisitque uiros: &
abierunt. Ipse autem ingressus: stetit
coram domino suo. Et dixit helyseus.
Unde uenis giezi: Qui respondit.
Non iuit seruus tuus quoquam. Et
ille ait. Nonne cor meum in presenti e-
rat quando reuersus est homo de cur-
ru suo in occursum tui: Nunc igitur ac-
cepisti argentum. & accepisti uestes.
ut emas oliueta. & uineas. & oues. &
boues. & seruos. & ancillas: sed & le-
pra naaman adherebit tibi. & semini
tuo usque in sempiternum. Et egres-
sus est ab eo leprosus quasi nix. VIII.

Dixerunt autem filii prophetarum ad helyse-
um. Ecce locus in quo habitamus co-
ram te: angustus est nobis. Eamus usque
ad iordanem: & tollant singuli de silua
materias singulas. ut edificemus nobis ibi
locum ad habitandum. Qui dixit. Ite.
Et ait unus ex illis. Veni ergo & tu cum
seruis tuis. Respondit. Ego ueniam.
Et abiit cum eis. Cumque uenissent
ad iordanem: cedebant ligna. Accidit
autem. ut cum unus materiam succidisset:
caderet ferrum securis in aquam. Ex-
clamauitque ille: & ait. Heu. heu.
heu domine mi: & hoc ipsum mutuo ac-
ceperam. Dixit autem homo dei. Ubi ce-
cidit: At ille monstrauit ei locum.

CV

Precidit ergo lignum: et misit illuc. Natauitque ferrum. Et ait. Tolle. Qui extendit manum: et tulit illud. x.

Rex autem syrie pugnabat contra israel. Consiliumque iniit cum seruis suis dicens. In loco illo et illo: ponamus insidias. Misit itaque uir dei ad regem israel dicens. Caue ne transeas in loco illo: quia ibi syri in insidiis sunt. Misit israel rex ad locum quem dixerat ei uir dei. et preoccupauit eum: et obseruauit se ibi. non semel. neque bis. Conturbatumque est cor regis syrie pro hac re: et conuocatis seruis suis ait. Quare non indicatis michi quis proditor mei sit apud regem israel. Dixitque unus seruorum eius. Nequaquam domine mi rex: sed helyseus propheta qui est in israel. indicat regi israel omnia uerba quecumque loquutus fueris in conclaui tuo. Dixit eis. Ite. et uidete ubi sit: ut mittam. et capiam eum. Annunciaueruntque ei dicentes. Ecce in dothaim. Misit ergo illuc equos et currus: et robur exercitus. Qui cum uenissent nocte: circumdederunt ciuitatem. Consurgens autem diluculo minister uiri dei egressus est: uiditque exercitum in circuitu ciuitatis. et equos et currus. Nunciauitque ei dicens. Heu. heu. heu domine mi quid faciemus. At ille respondit. Noli timere. Plures enim nobiscum sunt: quam cum illis. Cumque orasset helyseus: ait. Domine aperi oculos huius ut uideat. Et aperuit dominus oculos pueri. et uidit: et ecce mons plenus equorum et curruum igneorum in circuitu helysei. Hostes uero descenderunt ad eum. Porro helyseus orauit dominum dicens. Percute obsecro gentem hanc cecitate. Percussitque eos dominus ne uiderent: iuxta uerbum helysei. Dixit autem ad eos helyseus. Non est hec uia: nec ista est ciuitas. Sequimini me: et ostendam uobis uirum quem queritis. Duxit ergo eos in samariam. Cumque ingressi fuissent in samariam: dixit helyseus. Domine aperi oculos istorum: ut uideant. Aperuitque dominus oculos eorum: et uiderunt se esse in medio samarie. Dixitque rex israel ad helyseum: cum uidisset eos. Numquid percutiam eos pater mi: At ille ait. Non percuties. Neque enim cepisti eos gladio. et arcu tuo ut percutias: sed pone panem et aquam coram eis. ut comedant et bibant. et uadant ad dominum suum. Et apposita est eis ciborum magna preparatio: et comederunt et biberunt: et dimisit eos. Abieruntque ad dominum suum: et ultra non uenerunt latrones syrie in terram israel. xi.

Factum est post hec: congregauit benadab rex syrie uniuersum exer exercitum suum: et ascendit. et obsidebat samariam. Factaque est fames magna in samaria: et tam diu obsessa est donec uenundaretur caput asini octoginta argenteis. et quarta pars cabi stercoris columbarum quinque argenteis. Cumque transiret rex israel per murum: mulier quedam exclama

uit ad eum dicens. Salua me rex.
Qui ait. Non te saluet dns. Unde
saluare te possum. De area. an de
torculari. Dixitq; ad eã rex. Quid
t uis. Que respõdit. Mulier ista di
xit m. Da filiũ tuũ ut comedam
eũ hodie. & filiũ meũ comedem
cras. Coxim g filiũ meũ. & comé
dimus. Dixiq; ei die alta. Da filiũ
tuũ. ut comedam eũ. Que abscon
dit filiũ suũ. Qd cũ audisset rex
scidit uestimta sua. & transibat
p murũ. Uiditq; omis pplš ciliciũ
um quo uestitus erat ad carnẽ in
trinsecus. Et ait rex. Hec faciat m
ds & hec addat. si steterit caput
helysei filii saphan sup ipsum ho
die. Helyseus aut sedebat in do
mo sua. & senes sedebant cũ eo. Pre
misit itaq; uirũ. Et antequã ue
niret nuncius. ille dixit ad senes.
Nunqd scitis qd miserit filius ho
micide hic. ut pcidat caput meũ.
Uidete g cũ uenit nuncius. claudite
ostium. & ñ sinatis eũ intrare. Ecce
enim sonit pedũ dñi ei post eũ ẽ.
Et adhuc illo loquente eis. appa
ruit nuncius qui ueniebat ad eũ.
& ait. Ecce tantũ malũ a dño ẽ. qd
amplius expectabo a dño. Dixit
VI
aut helyseus. Audite ubum dñi.
Hec dicit dns. In tempe hoc cras.
modius simile uno statere erit. &
duo modii ordei statere uno in
porta samarie. Respondens unus
de ducib; sup cuĩ manũ rex incũ
bebat homini di. dixit. Si dns
fecerit etiam cattharactas in celo.
nunqd poterit ẽẽ qd loqueris. Qui
ait. Uidebis oclis tuis. & inde ñ co
medes. Quatuor g uiri erant lep
si. iuxta introitum porte. Qui dixe
runt adinuicẽ. Quid hic ẽẽ uolu
mus. donec moriam. Siue ingre
di uoluerim ciuitatẽ fame morie
mur. siue manserim hic. morien
dum ẽ nob. Uenite g. & transfugia
mus ad castra syrie. Si pepcerint
nob uiuem. si aut occidere uolue
rint. nichilominus moriem. Surre
xerunt g uespe. ut transirent ad
castra syrie. Cumq; uenissent ad
pncipiũ castrox syrie. nullũ ibide
repert. Siquidẽ dns sonitũ audiri
fecerat in castris syrie curruũ & e
quox. & exercit plurimi. Dixerũtq;
adinuicẽ. Ecce mercede conduxit
aduũsum nos rex isrl reges etheox
& egyptiox. & uenert sup nos. Sur
rexerunt g. & fugert in tenebris.
& dereliquert tentoria sua. & eqs.
& asinos in castris. Fugertq; animas
tantũ suas saluare cupientes. Igit
cũ uenissent lepsi illi ad pncipiũ
castrox. ingressi sunt unũ tabna
culũ. & comedert & bibert. Tule
runtq; inde argentũ & aurũ & ues
tes. & abiert. & absconderẽt. Et rur
sum reũsi sunt ad aliud tabnaclm.
& inde similit auferentes abscon
cuius fugietis auxilium? & ubi dere-
linquetis gloriam uestram? Ne incur-
uemini sub uinculo: & cum interfectis
cadatis. Super omnibus his non est auersus fu-
ror eius: sed adhuc manus eius extenta. Ue
assur uirga furoris mei & baculus
ipse: in manu eorum indignatio mea.
Ad gentem fallacem mittam eum: & contra
populum furoris mei mandabo illi ut
auferat spolia. & diripiat predam:
& ponat illum in conculcationem quasi
lutum platearum. Ipse autem non sic arbi-
trabitur: & cor eius non ita estimabit: sed
ad conterendum erit cor eius. & ad inter-
nitionem gentium non paucarum. Dicet enim.
Nunquid non principes mei simul reges
sunt? Nunquid non ut charcamis sic ca-
lanno. & ut arphath sic emath?
Nunquid non ut damascus sic samaria?

Quoniam inuenit manus mea regna ydoli: sic et simulachra eorum de iherusalem et de samaria. Nunquid non sic feci samarie et ydolis eius. sic faciam iherusalem et simulachris eius. Et erit cum impleuerit dominus cuncta opera sua in monte syon et in iherusalem: uisitabo super fructum magnifici cordis regis assur: et super gloriam altitudinis oculorum eius. Dixit enim. In fortitudine manus mee feci: et in sapientia mea intellexi. Et abstuli terminos populorum. et principes eorum depredatus sum: et detraxi quasi potens in sublime residentes. et inuenit quasi nidum manus mea. fortitudinem populorum. Et sic colliguntur oua que derelicta sunt. sic uniuersam terram ego congregaui: et non fuit qui moueret pennam. et aperiret os. et gannieret. Nunquid gloriabitur securis contra eum qui secat in ea. Aut exaltabitur serra contra eum a quo trahitur. Quomodo si eleuetur uirga contra eleuantem se: et exaltetur baculus qui utique lignum est. Propter hoc mittet dominator dominus exercituum in pinguibus eius tenuitatem: et subtus gloriam eius succensa ardebit quasi ignis combustio. Et erit lumen israel in igne: et sanctus eius in flamma. Et succendetur et deuorabitur spina eius. et uepres in die una: et gloria saltus eius. et carmeli eius. ab anima usque ad carnem consumetur. Et erit terrore profugus. et reliquie ligni saltus eius. pre paucitate numerabuntur: et puer scribet eos. Et erit in die illa non adiciet residuum israel. et hii qui fugerunt de domo iacob inniti super eo qui percutit eos: sed innitetur super dominum sanctum israel. In ueritate reliquie conuertentur: reliquie inquam Si enim fuerit iacob ad deum fortem. fuerit populus tuus israel quasi arena maris: reliquie conuertentur ex eo. Consummatio abbreuiata inundabit iusticiam. Consummationem enim et abbreuiationem: dominus deus exercituum faciet in medio omnis terre. Propter hoc hec dicit dominus deus exercituum. Noli timere populus meus habitator syon ab assur: in uirga percutiet te. et baculum suum leuabit super te. in uia egypti. Adhuc enim paululum modicum et consummabitur indignatio et furor meus super scelus eorum. Et suscitabit super eum dominus exercituum flagellum iuxta plagam madian in petra horeb: et uirgam suam super mare: et leuabit eam in uia egypti. Et erit in die illa auferetur onus eius de humero tuo: et iugum eius de collo tuo: et computrescet iugum a facie olei. Veniet in aiath. transibit in magron: apud magmas commendabit uasa sua. Transierunt cursim: Obstupuit rama gabaa sedes nostra. rama: gabaa saulis fugit. Hinni uoce tua filia gallim: attende laisa paupercula anathoth: migrauit medemena. Habitatores gabin confortamini: adhuc dies est ut in nob stetur. Agitabit manum suam super montem filie syon collem iherusalem. Ecce dominator

tor dominus exercituum confringet
lagunculam in terrore: & excelsi sta
tura succidentur. & sublimes humi
liabuntur. Et subuertentur condensa sal
tus ferro. & libanus cum excelsis cadet.
XI Et egredietur uirga de radice ies
se. & flos de radice eius ascendet: &
requiescet super eum spiritus domini. spiritus sa
pientię & intellectus. spiritus consilii
& fortitudinis. spiritus scientię & pie
tatis: & replebit eum spiritus timoris do
mini. Non secundum uisionem oculorum iu
dicabit. neque secundum auditum aurium
arguet: sed iudicabit in iusticia
pauperes. & arguet in equitate pro
mansuetis terrę. Et percutiet terram uir
ga oris sui: & spiritu labiorum suorum inter
ficiet impium. Et erit iusticia cin
gulum lumborum eius: & fides cinctori
um renum eius. Habitabit lupus cum
agno: & pardus cum hedo accuba
bit. Uitulus & leo & ouis simul mo
rabuntur: & puer paruulus minabit
eos. Uitulus & ursus pascentur simul:
requiescent catuli eorum. Et leo quasi
bos comedet paleas. & delectabitur
infans ab ubere super foramine aspi
dis: & in cauerna reguli qui ablac
tatus fuerit manum suam mittet. Non
nocebunt. & non occident in uniuerso
monte sancto meo: quia repleta
est terra scientia domini. sicut aquę maris
In die illa radix operientes.
iessę qui stat in signum populorum ipsum
gentes deprecabuntur: & erit sepul
chrum eius gloriosum. Et erit in die il
la adiciet dominus secundo manum suam
ad possidendum residuum populi sui:
quod relinquetur ab assyriis. & ab egyp
to. & a phetros. & ab ethyopia. & ab
helam. & a sennaar. & ab emath.
& ab insulis maris. Et leuabit sig
num in nationes. & congregabit pro
fugos israel: & dispersos iuda colliget
a quatuor plagis terrę. Et auferetur
zelus effraim: & hostes iuda peribunt.
Effraim non emulabitur iudam: & iudas
non pugnabit contra effraim. Et uo
labunt in humeros philistiim per ma
re: simul predabuntur filios orientis:
In ydumea & moab preceptum manus
eorum: & filii amon obedientes erunt.
Et desolabit dominus linguam maris e
gypti: & eleuabit manum suam super
flumen in fortitudine spiritus sui. Et per
cutiet eum in septem riuis: ita ut trans
eant per eum calciati. Et erit uia re
siduo populo meo qui relinquetur ab
assyriis: sicut fuit israheli in die qua as
cendit de terra egypti. Et dices in die
XII Confitebor tibi domine illa.
quoniam iratus es mihi: conuersus est fu
ror tuus. & consolatus es me. Ecce deus
saluator meus: fiducialiter agam & non
timebo. Quia fortitudo mea & laus
mea dominus: & factus est mihi in salutem. Haurie
tis aquas in gaudio de fontibus saluatoris: &
dicetis in illa die confitemini domino.
& inuocate nomen eius. Notas facite
in populis adinuentiones eius: mementote
quoniam excelsum est nomen eius. Cantate do
mino domino quoniam magnifice fecit: an

nunciate hoc in uniuersa terra. Ex
ulta et lauda habitatio syon: quia
magnus in medio tui sanctus israel.
XIII Onus babylonis quod uidit
ysaias filius amos. Super montem ca
ligosum leuate signum. exaltate uocem.
leuate manum: et ingrediantur por
tas duces. Ego mandaui sanctifi
catis meis: et uocaui fortes meos in
ira mea. exultantes in gloria mea.
Uox multitudinis in montibus; quasi
populorum frequentium: uox sonitus regum
et gentium congregatarum. Dominus exer
cituum precepit milicie belli. uenien
tibus de terra procul: a summitate celi do
minus et uasa furoris eius ut disperdat
omnem terram. Ululate quia prope est
dies domini: quasi uastitas a domino ue
niet. Propter hoc omnes manus dissoluen
tur: et omne cor hominis tabescet et
conteretur. Torsiones et dolores tene
bunt: quasi parturiens dolebunt.
Unusquisque ad proximum suum stupe
bit: facies combuste uultus eorum.
Ecce dies domini ueniet crudelis et in
dignatione plenus: et ire furorisque
ad ponendam terram in solitudinem. et
peccatores eius conterendos de ea. quoniam
stelle celi et splendor earum non expan
dent lumen suum. Obtenebratus est sol
in ortu suo: et luna non splendebit
in lumine suo. Et uisitabo super or
bis mala: et contra impios iniqui
tatem eorum. Et quiescere faciam super
biam infidelium: et arrogantiam for
tium humiliabo. Preciosior erit
uir auro: et homo mundo obrizo.
Super hoc celum turbabo: et mouebitur
terra de loco suo. propter indignationem
domini exercituum. et propter diem ire furo
ris eius. Et erit quasi damula fugi
ens. et quasi ouis: et non erit qui con
greget. Unusquisque ad populum suum
conuertetur: et singuli ad terram suam
fugient. Omnis qui inuentus fuerit
occidetur: et omnis qui superuenerit cadet
in gladio. Infantes eorum allidentur.
in oculis eorum diripientur domus eorum: et
uxores eorum uiolabuntur. Ecce ego sus
citabo super eos medos qui argen
tum non querant. nec aurum uelint:
sed sagittis paruulos interficient. et
lactantibus non miserebuntur uteri. et super
filios non parcet oculus eorum.
Et erit babylon illa gloriosa in reg
nis. inclita in superbia chaldeorum: sicut
subuertit dominus sodomam et gomorram.
Non habitabitur usque in finem. et non fun
dabitur usque ad generationem et generationem.
Nec ponet ibi tentoria arabs. nec
pastores requiescent ibi: sed requies
cent ibi bestie. et replebuntur domus eorum
drachonibus. et habitabunt ibi struthio
nes: et pilosi saltabunt ibi. Et res
pondebunt ibi ulule in edibus eius: et sy
XIIII rene in delubris uoluptatis. Prope
est ut ueniat tempus eius: et dies eius non elon
gabuntur. Miserebitur enim dominus ia
cob. et eliget adhuc de israel: et requi
escere eos faciet super humum suam. Ad
iungetur aduena ad eos. et adhere
bit domui iacob. et tenebit eos populi

& adducent eos in locū suū. Et
possidebit eos domus isr̄l sup̄ t̄ram
dn̄i in seruos & ancillas: & erunt
capientes eos qui se ceperant. & subi-
Et erit. Scient exactores suos. Item
In die illa cum requiē t̄ dederit
ds̄ a labore tuo. & a concussione
tua. & a seruitute dura qua ante
seruisti: sumes parabolā istā contᵃ
regē babylonis. & dices. Quom̄ ces-
sauit exactor. quieuit tributum.
Contriuit dn̄s baculm̄ impiorum. uir-
gam dominantiū cedentē ppl̄os in
indignatione plaga insanabili: su-
bicientē in furore gentes. & psequē-
tem crudelit̄. Conquieuit & siluit
omis t̄ra: gauisa ē & exultauit.
Abietes quoq; letate sunt sup̄ te: &
cedri libani. Ex quo dormisti:
n̄ ascendit qui succidat nos. Infer-
nus subt̄ conturbat' ē in occursum
aduent' tui: suscitabit t̄ gigantes.
Omis pncipes t̄re surrexerūt de soli-
is suis omis pncipes nationū: & uni-
uersi respondebūt. & dicent t̄. Et
tu uulnatus es sicut & nos: nr̄i si-
milis effectus es. Detracta ē ad infe-
ros supbia tua: concidit cadauer
tuū. Subt̄ te sternetur tinea: & opi-
mentū tuū umes erūt.
Quom̄ cecidisti de celo lucifer
qui mane oriebaris: corruisti in
t̄ram qui uulnabas gentes: qui di-
cebas in corde tuo. In celū conscen-
dam. sup̄ astra di exaltabo soliū
meū. sedebo in monte testam̄ti in
laterib; aquilonis. ascendam sup̄
altitudinē nubium. ero similis
altissimo. Uerumtam̄ ad infer-
num detraheris: in pfundū laci.
Qui te uiderint ad te inclinabun-
tur: teq; pspicient. Numquid n̄ iste
ē uir qui conturbauit t̄ram. qui
concussit regna. qui posuit orbē
desertū. & urbes eī destruxit: uinc-
tis eī n̄ aperuit carcerē. Omis reges
gentiū uniūsi dormierūt in glā:
uir in domo sua. Tu aut̄ piect'
es de sepulchro tuo quasi stirps
inutilis pollut'. & obuolut' cū his q̄
interfecti sunt gladio. & descenderūt
ad fundam̄ta laci. Quasi cada-
uer putidum: n̄ habebis consortiū neq;
cum eis in sepultura. Tu eni t̄ra tuā
disperdidisti: tu ppl̄m occidisti. n̄ uo-
cabitur in et̄num semen pessimorum.
Preparate filios eī occisioni: in ini-
quitate patrū suorum. Non consur-
gent neq; hereditabūt t̄ram. neq;
implebūt faciē orbis ciuitatū. & con-
surgam sup̄ eos. dicit dn̄s exercituū.
Et pdam babylonis nom̄.
& reliquias. & germ̄. & pgeniē: ait
dn̄s. Et ponam eam in possessionē
ericiū. & in paludes aquarum: & scopa-
bo eā in scopa terens. dicit dn̄s exer-
cituum. Iurauit dn̄s exercituum
dicens. si n̄ ut putaui ita erit. et
quom̄ mente tractaui sic eueniet:
ut conteram assyriū in t̄ra mea. & in
montib; meis conculcem eū. Et au-
feret ab eis iugū eī: & onus illi' ab

humero eorum tolletur. Hoc consi-
lium quod cogitaui super omnem terram:
et hec est manus mea extenta super
uniuersas gentes. Dominus exercituum de-
creuit: et quis poterit infirmare?
Et manus eius extenta: et quis auer-
Lc. iii tet eam? In anno quo mortuus est
rex achaz: factum est onus istud.
Ne leteris philistea omnis tu: quoniam com-
minuta est uirga percussoris tui. De
radice enim colubri egredietur regulus:
et semen eius absorbens uolucrem. Et pas-
centur primogeniti pauperum: et pau-
peres fiducialiter requiescent. Et inte-
rire faciam in fame radicem tuam: et
reliquias tuas interficiam. Ulula por-
ta: clama ciuitas: prostrata est philis-
tea omnis. Ab aquilone enim fumus
ueniet: et non est qui effugiat agmen
eius. Et quid respondebitur nunciis
gentis? Quia dominus fundauit syon:
et in ipso sperabunt pauperes populi eius.
XV Lc. i Quia nocte uastata est onus moab
ar: moab conticuit: quia nocte uas-
tatus est murus: moab conticuit. Ascendit
domus et dibon ad excelsa in planc-
tum: super nabo et super medaba mo-
ab ululabit: in cunctis capitibus eius
caluicium. Omnis barba radetur: in tri-
uiis eius accincti sunt sacco. Super tec-
ta eius et in plateis eius omnis ululatus des-
cendet in fletum: clamabit esebon
et eleale. Usque iasa audita est uox eorum.
Super hoc expediti moab ululabunt:
anima eius ululabit sibi. Cor meum
ad moab clamabit: uectes eius usque
ad segor uitulam conternantem. Ascensum
enim luith flens ascendet: et in uia
oronaim clamorem contritionis le-
uabunt. Aque enim nemrim deser-
te erunt: quia aruit herba. defe-
cit germen. uiror omnis interiit. Se-
cundum magnitudinem operis: et ui-
sitatio eorum. Ad torrentem salicum du-
cent eos: quoniam circuiuit clamor ter-
minum moab. Usque ad gallim ulu-
latus eius: et usque ad puteum helym cla-
mor eius: quia aque dibon reple-
te sunt sanguine. Ponam enim super di-
bon additamenta his qui fugerint
de moab leonem. et reliquiis terre.
XVI Emitte agnum domine dominatorem Lc.
terre de petra deserti: ad montem fi-
lie syon. Et erit sicut auis fugiens.
et pulli de nido auolantes: sic erunt
filie moab in transcensu arnon.
Ini consilium: coge concilium: pone quasi
noctem umbram tuam in meridie. Abscon-
de fugientes: et uagos ne prodas. Ha-
bitabunt apud te profugi mei: moab
esto latibulum eorum a facie uastatoris.
Finitus est enim puluis: consummatus est
miser: defecit qui conculcabat terram.
Et preparabitur in misericordia solium: et se-
debit super illud in ueritate in taberna-
culo dauid: iudicans et querens iu-
dicium. et uelociter reddens quod iustum est.
Audiuimus superbiam moab: superbus est
ualde. Superbia eius. et arrogantia eius.
et indignatio eius: plusquam fortitudo
eius. Idcirco ululabit moab ad moab:
uniuersus ululabit: his qui letantur

super muro cocti lateris. Loquimini
plagas suas: quia suburbana esebon
deserta sunt & uinea sabama; domini
gentium exciderunt. Flagella eius usque ad
iazer peruenerunt. errauerunt in deser-
to; relicte sunt propagines eius: transie-
runt mare. Super hoc plorabo in fle-
tu iazer: uineam sabama: inebriabo
te lacrima mea esebon & eleale: quia
super uindemiam tuam. & super messem
tuam uox calcantium irruit. Et aufe-
retur leticia & exultatio de carme-
lo: & in uineis non exultabit. neque iu-
bilabit. Uinum in torculari non calca-
bit. qui calcare consueuerat: uocem cal-
cantium abstuli. Super hoc uenter meus ad
moab quasi cythara sonabit: & uis-
cera mea ad murum cocti lateris. Et
erit cum apparuerit quod laborauit
moab super excelsis suis: ingredietur
ad sancta sua ut obsecret. & non uale-
bit. Hoc uerbum quod locutus est dominus ad
moab ex tunc: & nunc locutus est do-
minus dicens. In tribus annis quasi an-
ni mercennarii auferetur gloria moab super
omni populo multo: & relinquetur in eo
sicut racemus paruus & modicus. nequa-
quam multus. Onus damasci.

XVII

Ecce damascus desinet esse ciuitas:
& erit sicut aceruus lapidum in ruina.
Derelicte ciuitates aroer gregibus e-
runt: & requiescent ibi. & non erit qui
exterreat. Et cessabit adiutorium ab
effraim: & regnum a damasco. Et
reliquie syrie sicut gloria filiorum israel
erunt: dicit dominus exercituum.

Et erit in die illa attenuabitur gloria
iacob: & pingue carnis eius emarces-
cet. Et erit sicut congregans in mes-
se quod restiterit: & brachium eius spicas
leget. Et erit sicut querens spicas
in ualle raphaim: & relinquetur in
eo sicut racemus: & sicut excussio
olee duarum aut trium oliuarum in sum-
mitate rami. siue quatuor aut quinque
In cacuminibus eius fructus eius: dicit
dominus deus israel. In die illa inclinabitur ho-
mo ad factorem suum: & oculi eius ad sanctum
israel respicient. Et non inclinabitur ad
altaria que fecerunt manus eius: & que
operati sunt digiti eius. Non respicient
lucos & delubra. In die illa erunt
ciuitates fortitudinis eius derelicte:
sicut aratra & segetes que derelicte
sunt a facie filiorum israel. Et eris des-
erta. quia oblita es dei saluatoris
tui: & fortis adiutoris tui non es recor-
data. Propterea plantabis plantatio-
nem infidelem: & germen alienum. Semi-
nabis. In die plantationis tue labrus-
ca: & mane semen tuum florebit. Ab-
lata est messis in die hereditatis: & dole-
bit grauiter.
Ue multitudo
populorum multorum. ut multitudo ma-
ris sonantis: & tumultus turbarum sicut
sonitus aquarum multarum. Sonabunt populi
sicut sonitus aquarum inundantium: &
increpabit eum. & fugiet procul. Et
rapietur sicut puluis montium a facie
uenti: & sicut turbo coram tempestate.
In tempore uespere. & ecce turbatio: in
matutino. & non subsistet. Hec est pars

XVIII eorum qui uastauerunt nos: a sors
diripientium nos. Ve terre cimbalo
alarum. que est trans flumina ethyo
pie: qui mittit in mari legatos. et
in uasis papiri super aquas. Ite an
geli ueloces ad gentem conuulsam et di
laceratam. ad populum terribilem post quem
non est alius. gentem expectantem. expec
tantem et conculcatam: cuius diripuerunt
flumina terram eius.
Omnes habitatores orbis qui mora
mini in terra. cum eleuatum fuerit sig
num in montibus; uidebitis. et clan
gorem tube audietis: quia hec dicit
dominus ad me. Quiescam et conside
rabo in loco meo sicut meridiana lux
clara est: et sicut nubes roris in die
messis. Ante messem enim totus efflo
ruit: et inmatura perfectio germina
bit. Et precidentur ramusculi eius fal
cibus; et que derelicta fuerint absci
dentur. Et excutientur. et relinquentur
simul auibus montium. et bestiis terre.
et estate perpetua erit super eum uolucres:
et omnes bestie terre super illum hyemabunt.
In tempore illo deferetur munus domino ex
ercituum a populo diuulso et dilacera
to. a populo terribili post quem non fuit ali
a gente expectante. expectante et
conculcata. cuius diripuerunt flumi
na terram eius: ad locum nominis domini ex
ercituum montem syon. Onus egypti.
XIX Ecce dominus ascendet super nubem leuem.
et ingredietur egyptum. et mouebuntur
egypti simulachra a facie eius: et cor egypti
tabescet in medio eius. Et concurrere

faciam egyptios aduersum egyptios:
et pugnabit uir contra fratrem suum.
et uir contra amicum suum. ciuitas ad
uersus ciuitatem. et regnum aduersus reg
num. Et dirumpetur spiritus egypti in
uisceribus eius: et consilium eius precipitabo.
Et interrogabunt simulachra sua. et
diuinos suos: et phitones. et ariolos.
Et tradam egyptum in manu dominorum
crudelium: et rex fortis dominabitur
eorum. ait dominus exercituum. Et arescet
aqua de mari. et fluuius desolabitur
atque siccabitur. et deficient flumina:
attenuabuntur et siccabuntur riui ag
gerum. Calamus et iuncus marces
cet. nudabitur alueus riui a fonte
suo: et omnis sementis irrigua siccabitur.
et arescet. et non erit. Et merebunt pisca
tores. et lugebunt omnes mittentes in flu
men hamum: et expandentes rete super faciem
aque emarcescent. Confundentur qui
operabantur linum: pectentes et texentes
subtilia. Et erunt irrigua eius flac
centia: omnes qui faciebant lacunas
ad capiendos pisces. Stulti principes
thaneos sapientes consiliarii pharao
nis dederunt consilium insipiens.
Quomodo dicetis pharaoni. filius sapi
entium ego. filius regum antiquorum. Ubi
sunt nunc sapientes tui. Annun
cient et indicent: quid cogitauerit
dominus exercituum super egyptum. Stulti
facti sunt principes thaneos. emarcue
runt principes menpheos: deceperunt
egyptum. angulum populorum eius. Dominus mis
cuit in medio eius spiritum uertiginis. et er

rare fecerunt egyptum in omni ope
suo: sicut errat ebrius et uomens.
Et non erit egypto opus quod faciat
caput et caudam: incuruantem et re
frenantem. In die illa erit egyptus
quasi mulieres: et stupebunt et ti
mebunt a facie commotionis manus
domini exercituum quam ipse mouebit
super eam. et erit terra iuda in festiui
tatem egypto. Omnis qui illius fuerit
recordatus: pauebit a facie consilii domini exer
cituum. quod ipse cogitauit super eam.
In die illa erunt quinque ciuitates
in terra egypti loquentes lingua cha
naan. et iurantes per dominum exercituum:
ciuitas solis uocabitur una. In die il
la erit altare domini in medio terre e
gypti: et titulus domini iuxta terminum
eius. Et erit in signum et in testimo
nium domino exercituum: in terra egypti.
Clamabunt enim ad dominum a facie tri
bulantis: et mittet eis saluatorem et
propugnatorem qui liberet eos. Et cogno
scetur dominus ab egypto: et cognoscent
dominum egyptii in die illa: et colent e
um in hostiis et muneribus: et uota uo
uebunt domino. et soluent. Et percutiet
dominus egyptum plaga et sanabit eam: et
reuertentur ad dominum. et placabitur eis.
In die illa erit et sanabit eos.
uia de egypto in assyrios: et intra
bit assyrius in egyptum. et egyptus
in assyrios: et seruient egyptii as
sur. In die illa erit israel tertius egyp
tio: et assyrio benedictio in medio
terre cui benedixit dominus exercituum dicens.
Benedictus populus meus egypti: et opus
manuum mearum assyrius. hereditas autem
In anno quo in mea israel. XX
gressus est tharthan in azotum. cum
misisset eum sargon rex assyriorum: et
pugnasset contra azotum. et cepisset
eam: in tempore illo locutus est dominus
in manu ysaie filii amos. dicens.
Uade. et solue saccum de lumbis tuis:
et calciamenta tua tolle de pedibus tuis.
Et fecit sic: uadens nudus et discal
ciatus. Et dixit dominus. Sicut ambula
uit seruus meus ysaias nudus et discalcia
tus. trium annorum signum et portentum
erit super egyptum. et super ethyopiam: sic
minabit rex assyriorum captiuitatem e
gypti. et transmigrationem ethyopie.
iuuenem et senem. nudam et discalciatam
discoopertis natibus ignominiam egypti.
Et timebunt. et confundentur ab ethyo
pia spe sua: et ab egypto gloria sua. Et
dicet habitator insule huius in die
illa. Heccine erat spes nostra
ad quos confugimus in auxilium. ut
liberarent nos a facie regis assyriorum:
et quomodo effugere poterimus nos.
Sicut turbines Onus deserti maris. XXI
ab affrico ueniunt: de deserto ue
nit de terra horribili: uisio dura nun
ciata est mihi. Qui incredulus est infide
liter agit: et qui depopulator est uas
tat. Ascende helam. obside mede:
omnem gemitum eius cessare feci. Prop
terea repleti sunt lumbi mei dolore:
angustia possedit me. sicut angus
tia parturientis. Corrui cum au

direm: conturbat' sum cum uide/
rem. emarcuit cor meũ: tenebre
stupefecerũt me. Babylon dilecta
mea: posita ẽ m̄i in miraclm. Pone
m̃sam: contemplare in specula
comedentes & bibentes. Surgite
p̃ncipes: arripite clipeũ. Hec enĩ
dixit m̄ dñs. Uade. & pone spe/
culatorẽ: & qdcumq; uiderit an/
nunciet. Et uidit currũ duorũ e/
quitũ: ascensorẽ asini. & ascenso/
rem cameli. Et contemplat' ẽ di/
ligent' multo intuitu: & clamauit leo
Sup speculã dñi ego sum stans
iugit' p diẽ: & sup custodiã meã ego
sum stans totis noctib; Ecce iste ue/
nit ascensor uir bige equitũ: & rñ
pondit. & dixit. Cecidit. cecidit
babylon: & omia sculptilia deorũ
eĩ contrita sunt in trã. Tritura
mea. & filia aree mee que audi/
ui a dño exercituũ. do isrł: an/
nunciaui uob. Onus duma.
XXI Ad me clamat ex seyr: Custos
quid de nocte. custos quid de noc/
te. Dixit custos. Uenit mane et
nox. Si queritis querite: conuer/
timini. & uenite. Onus in arabia.
In saltu ad uespam dormietis: in
semitis dodanim. Occurrentes si/
tienti ferte aquã. qui habitatis ter/
ram austri: cũ panib; occurrite
fugienti. A facie enim gladiorũ fu/
gerũt: a facie gladii imminentis.
a facie arcus extenti: a facie grauis
plii. Qm̃ hec dicit dñs ad me. Ad/
huc in uno anno quasi in anno
mercennarii: & auferet' omis glã ce/
dar. & reliquie numeri sagittariorũ
fortiũ de filiis cedar imminuent'.
Dñs enim ds isrł locutus ẽ. Onus
XXII Quidnã quoq; t' ẽ. uallis uisionis.
quia ascendisti & tu omis in tecta:
clamoris plena. urbs frequens. ci/
uitas exultans: Interfecti tui ñ int/
fecti gladio: nec mortui tui in bel/
lo. Cuncti principes tui fugerũt simul:
duriq; ligati sunt. Omis qui inuenti
sunt uincti sunt parit': pculq; fu/
gerũt. Propterea dixi. Recedite a me:
amare flebo. Nolite incumbere ut
consolemini me: sup uastitatẽ ppli
mei filie. Dies enim interfectionis &
conculcationis. & fletuũ dño do ex/
ercituũ in ualle uisionis: scrutans
murũ. & magnificus sup montẽ.
Et helam sumpsit pharetrã: cur/
rum omis equitis: & parietẽ nuda/
bit gladius. Et erũt electe ualles
tue plene quadrigarũ: & equites po/
nẽt sedẽ suas i porta. Et reuelabit'
opimentũ iude. & uidebis in die
illa armamtariũ domus saltus:
& scissuras ciuitatis dauid uide/
bitis. quia multiplicate sunt. Et
congregastis aquas piscine inferio/
ris: & domos ihrlm numastis: &
destruxistis domos ad muniendũ
murũ. Et lacũ fecistis int' duos
muros. & aquã piscine ueteris: & ñ
suspexistis ad eũ qui fecerat eã. et
opatorẽ eĩ delonge ñ uidistis. Et

uocabit dñs ds̄ exercituū in die
illa ad fletū & ad planctū: ad cal
uiciū & ad cingulū sacci. Et ecce
gaudiū & leticia occidere uitulos.
& iugulare arietes: comedere car
nes. & bibere uinū. Comedam' &
bibam': cras enim moriem'. Et re
uelata ē in aurib; meis uox dñi ex
ercituū. Si dimittet' iniquitas
hec uob donec moriamini: dicit
Hec dicit ꝯ dñs exercituū. Ite u.
dñs ds̄ exercituū. Uade. ingrede
re ad eum qui habitat in tabna
culo. ad sobnā ꝑpositum templi:
& dices ad eum. Quid tu hic. aut
quasi quis hic. quia excidisti t' hic
sepulchrū: excidisti in excelso me
moriā. diligent' in petra tabnacu
lum t'. Ecce dñs absportari te fa
ciet. sicut absportat' gallus galli
nacius: & quasi amictum sic sub
leuabit te. Coronans coronabit
te tribulatione: quasi pilā mittet
te in t'ram latā & spaciosā: ibi mo
rieris. & ibi erit curr' gl'e tue: ig
nominia dom' dñi tui. Et expellā
te de statione tua: & de ministerio
tuo deponam te. Et erit in die
illa uocabo seruū meū heliachim
filiū helchie: & induam illū tuni
ca tua. & cingulo tuo confortabo
eum: & potestatē tuā dabo in ma
nu eius. Et erit quasi pat' habitan
tib; ihr'lm: & domui iuda. Et da
bo clauē dom' dauid sup humerū
ei': & apiet. & ñ erit qui claudat: &

claudet. & ñ erit qui apiat. Et fi
gam illū paxillū in loco fideli:
& erit in soliū gl'e domui pat's ei':
& suspendam sup eum omnē glo
riam domus pat's ei'. uasor' diu'sa
gen'a: omīe uas paruulū: a uasis cra
terar'. usq; ad omīe uas musicor'.
In die illa dicit dñs exercituū au
feretur paxillus qui fixus fuerat
in loco fideli: & franget' & cadet. &
pibit qd' pependerat in eo: quia
dominus locutus ē. Onus tyri.
Ululate naues maris: quia uasta XXIII
ta ē domus unde uenire consueue
rant: de t'ra cethim reuelatū ē eis.
Tacete qui habitatis in insula ne
gociatio sydonis: Transfretantes
mare repleuerūt te in aquis multis:
semē nili messis fluminis fruges ei':
& facta ē negociatio gentiū. Eru
besce sydon ait enim mare: forti
tudo maris dicens. Non parturiui
& ñ pepi: & ñ enutriui iuuenes: nec
ad incrementū pduxi uirgines.
Cum auditū fuerit in egypto: do
lebunt cum audierint de tyro.
Transite maria: ululate qui habi
tatis in insula. Nunq'd ñ hec ura ē
que gl'abatur a dieb; p'stinis in an
tiquitate sua? Ducent eam pedes
sui longe ad pegrinandū. Quis co
gitauit hoc sup tyrū quondā co
ronatā: Cuius negociatores pnci
pes. institores ei' incliti t're: Dñs ex III
ercituū cogitauit hoc ut detrahe
ret supbiam om̄is gl'e: & ad igno

minimā deduceret uniūsos inclitos
t̃re. Transi t̃ram tuā quasi flumē
filia maris: nō ē ultra cingulū t̄.
Manū suā extendit supra mare:
conturbauit regna. Dn̄s manda
uit adūsum chanaan. ut contereret
fortes eī. Et dixit. Non adicies ul
tra ut gl̃eris calumpniā sustinens:
uirgo filia sydonis. In cethim con
surgens transfreta: ibi quoq; nō e
rit requies t̄. Ecce t̃ra chaldeoꝝ:
talis pp̄ls nō fuit. Assur fundauit eā:
in captiuitatē transduxerūt robus
tos eī. Suffoderūt domos eī: posuerūt
eam in ruinam.
Ululate naues maris: quia deuas
tata ē fortitudo ur̄a. Et erit in die
illa in obliuione eris o tyre septua
ginta annis: sicut dies regis unius.
Post septuaginta aūt annos: erit
tyro quasi canticū meretricis. Sume
cytharā. & circui ciuitatē meretrix
obliuioni tradita: bene cane. fre
quenta canticū: ut memoria tui
sit. Et erit post septuaginta annos
uisitabit dn̄s tyrū: & reducet eam
ad mercedes suas. Et rursum forni
cabitur cū uniūsis regnis t̃re sup
faciē t̃re: & erunt negociationes eī
sanctificatę dn̄o. Non condentur neq;
reponentur: quia his qui habitauerint
corā dn̄o erit negociatio eī ut
manducent in saturitatē: & ues
tiantur usq; ad uetustatē.
XXIIII Ecce dn̄s dissipabit t̃ram & nu
dabit eam: & affliget faciē eī. & dis
pgent habitatores eī. Et erit sic
pp̄ls sic sacerdos: & sic seruus sic do
minꝰ eī: & sic ancilla sic dn̄a eius.
Sicut emens: sic ille qui uendit.
Sicut fenerator: sic is qui mutuū
accipit. Sicut qui repetit: sic qui
debet. Dissipatione dissipabitur t̃ra:
& direptione p̄dabitur. Dn̄s enim
locutus ē ūbum hoc. Luxit. & de
fluxit t̃ra. & infirmata ē: deflu
xit orbis: infirmata ē altitudo po
puli t̃re. Et t̃ra infecta ē ab habi
tatorib; suis: qui transgressi sunt
leges. mutauerūt ius. dissipauerūt
fedus sempit̃num. Propter hoc ma
ledictio uorabit t̃ram: & peccabunt
habitatores eī. Idcirco insanient cul
tores eī: & relinquentur homines pauci.
Luxit uindemia: infir
mata ē uitis: ingemuerūt om̄s qui
letabantur corde. Cessauit gaudium
tympanoꝝ: quieuit sonitus letanti
um: conticuit dulcedo cytharę: cū
cantico. Non bibent uinū; amara
erit potio bibentib; illā. Attrita ē
ciuitas uanitatis: clausa ē om̄is
domus nullo introeunte. Clamor erit
sup uino in plateis: deserta ē om̄is
leticia: translatū ē gaudiū t̃re.
Relicta ē in urbe solitudo: & cala
mitas opprimet portas: quia hec erit
in medio t̃re. in medio pp̄loꝝ. Quo
modo si pauce oliuę que remanse
runt excutiantur ex olea: & racemi
cū fuerit finita uindemia. Hi le
uabunt uocē suā atq; laudabunt. cum

glificat⁹ fuerit dn̄s hinnient de
mari. Propt̄ hoc in doctrinis glifi
cate dn̄m: & in insulis que maris
nom̄ dn̄i di isrl̄. A finib; tr̄e lau
des audiuim̄: gl̄am iusti. Et dixi.
Secretū meū michi. secretū meū m̄.
Ue michi: p̄uaricantes p̄
uaricati sunt: & p̄uaricatione trans
gressoꝝ p̄uaricati sunt. Formido
& fouea & laqueus sup te: qui ha
bitator es tr̄e. Et erit qui fugerit a
uoce formidinis: cadet in foueam.
Et qui se explicauit de fouea te
nebitur laqueo: quia catharacte
de excelsis apte sunt. & concutient̄
fundam̄ta tr̄e. Confractione con
fringet̄ tr̄a: contritione conteret̄ tr̄a:
cōmotione cōmouebit̄ tr̄a. Agita
tione agitabit̄ tr̄a sicut ebrius: et
auferetur quasi tabn̄aclm̄ unius
noctis. Et grauabit eam iniquitas
sua: & corruet. & n̄ adiciet ut re
surgat. Et erit in die illa uisitabit
dn̄s sup militiā celi in excelso: et
sup reges tr̄e qui sunt sup tr̄am.
Et congregabunt̄ in congregatio
nem unius fascis in lacū: & clauden
tur ibi in carcere: & post multos di
Et erubes ꝯ es uisitabunt̄.
cet luna. & confundet̄ sol cū regna
uerit dn̄s exercituū in monte syon
& in ihr̄lm: & in conspectu senū suoꝝ
fuerit glificat̄. Dn̄s ds m̄s es tu ex
altabo te: confitebor nomini tuo
qm̄ fecisti mirabilia: cogitationes
antiquas fideles am̄. Quia posu

XXV

isti ciuitatē in tumulū: urbē for
tē in ruinā: domū alienoꝝ ut n̄
sit ciuitas: & in sempitnum n̄ edi
ficetur. Sup hoc laudabit te pp̄ls
fortis: ciuitas gentiū robustaꝝ ti
mebit te. quia factus es fortitudo
paupi: fortitudo egeno in tribulatio
ne sua: spes a turbine: umbracu
lum ab estu. Sp̄c enī robustoꝝ: q̄si
turbo impellens pariet̄. Sicut es
tum in siti tumultū alienoꝝ humi
liabis: & quasi calore sub nube tor
rente. ꝓpaginē fortiū marcescere
Et faciet dn̄s exer ꝯ facies.
cituū om̄ib; pp̄lis in monte hoc con
uiuiū pinguiū. conuiuiū uinde
mie: pinguiū medullatoꝝ. uinde
mie defecate. Et p̄cipitabit in mon
te isto faciē uincli colligati sup om̄s
pp̄los: & telam quā orditus est sup
uniūsas nationes: p̄cipitabit mor
tem in sempitnum. Et auferet do
min̄ lacrimā ab om̄i facie: & obp
brium pp̄li sui auferet de uniūsa
tr̄a: quia dn̄s locut̄ ē.
Et dicent in illa die. Ecce ds n̄r
iste: expectauimus eū & sal
uabit nos. Iste dn̄s sustinuim̄ eū:
exultabim̄ & letabim̄ in salutari
eī: quia requiescet man̄ dn̄i in mon
te isto. Et triturabit̄ moab sub eo: sic
terunt̄ palee in plaustro. Et extēdet
manus suas sub eo: sicut extendit
natans ad natandū. Et humiliabit
gl̄am eī cum allisione manuū eī:
& munim̄ta sublimiū muroꝝ tuoꝝ

concident. Et humiliabuntur & de
trahentur in terram: usque ad puluerem.
XXVI In die illa: cantabitur canticum istud
in terra iuda. Urbs fortitudinis nostre
syon saluator: ponetur in ea murus &
ante murale. Aperite portas: & in
grediatur gens iusta. custodiens ue
ritatem. Vetus error abiit: seruabis
pacem. pacem quia in te sperauimus. Spe
rastis in domino in seculis eternis: in domino
deo forti in perpetuum. Quia incur
uabit habitantes in excelso: ciuita
tem sublimem humiliabit. Humilia
bit eam usque ad terram: detrahet eam
usque ad puluerem. Conculcabit eam
pes pauperis: gressus egenorum. Semi
ta iusti recta est: rectus callis iusti
ad ambulandum. Et in semita iu
diciorum tuorum domine sustinuimus te: no
men tuum. & memoriale tuum in de
Anima mea desiderio anime.
desiderabit te in nocte: sed & spiritu me
o in precordiis meis. De mane ui
gilabo ad te. Cum feceris iudicia
tua in terra: iusticiam discent habita
tores orbis. Misereamur impio &
non discet facere iusticiam: in
terra sanctorum iniqua gessit: & non ui
debit gloriam domini.
Domine exaltetur manus tua &
non uideant: uideant & confun
dantur zelantes populi: & ignis hostes
tuos deuoret. Domine dabis pacem nobis:
.ii. omnia enim opera nostra operatus es nobis. Do
mine deus noster possederunt nos domini absque
te: tantum in te recordemur nominis

tui. Morientes non uiuant: gygan
tes non resurgant. Propterea uisitasti
& contriuisti eos: & perdidisti omnem
memoriam eorum. Indulsisti genti do
mine: indulsisti genti. Numquid glori
ficatus es? Elongasti omnes terminos
terre. Domine in angustia requisierunt te:
in tribulatione murmuris doctri
na tua eis. Sicut que concepit cum
appropinquauit ad partum dolens cla
mat in doloribus suis: sic facti sumus
a facie tua domine. Concepimus. & quasi
parturiuimus: & peperimus spiritum. Salu
tes non fecimus in terra: ideo ceciderunt ha
Viuent mortui bitatores terre.
tui: interfecti mei resurgent. Expergis
cimini & laudate qui habitatis in
puluere: quia ros lucis ros tuus: &
terram gygantum detrahes in ruinam.
Vade populus meus. intra in cubicula tua:
claude ostia tua super te: absconde
te modicum ad ~~modicum~~ ad momen
tum. donec pertranseat indignatio.
Ecce enim dominus egredietur de loco sancto
suo. ut uisitet iniquitatem habita
toris terre contra eum: & reuelabit terra
sanguinem suum: & non operiet ultra interfec
XXVII In die illa uisi tos suos.
tabit dominus in gladio suo duro. et
grandi & forti super leuiathan ser
pentem uectem: & super leuiathan serpen
tem tortuosum: & occidet cetum qui est
in mari. In die illa uinea meri can
tabit ei. Ego dominus qui seruo eam: re
pente propinabo ei ne forte uisitetur
contra eam. Nocte & die seruo eam:

indignatio non est michi. Quis dabit
me spinam et veprem in prelio gradi
ar super eam. succendam eam pariter.
An potius tenebit fortitudinem me
am. Faciet pacem michi. pacem faci
et mihi. Qui egrediuntur impetu ad ia
cob. florebit et germinabit israel. et
implebunt faciem orbis semine. Numquid
iuxta plagam percutientis se percussit
eum. aut sicut occidit interfectos eius sic
occisus est. In mensura contra mensuram.
cum abiecta fuerit iudicabis eam.
Meditata est in spiritu suo duro per diem
caloris super hoc dimittetur. Gestus.
Iniquitas domui iacob. et is
te omnis fructus ut auferatur peccatum
eius. cum posuerit omnes lapides alta
ris. sicut lapides cineris allisos. Non
stabunt luci et delubra; civitas enim
munita desolata erit. speciosa re
linquetur. et dimittetur quasi desertum.
Ibi pascetur vitulus. et ibi accubabit.
et consumet summitates eius.
In siccitate messis illius. conterentur
mulieres venientes et docentes eam.
Non est enim populus sapiens. propterea non
miserebitur eius qui fecit eum. et qui for
III mavit eum non parcet ei. Et erit in
die illa percutiet dominus ab alveo flu
minis usque ad torrentem egypti. et
vos congregabimini unus et unus filii
israel. Et erit in die illa clangetur in
tuba magna. et venient qui perditi
fuerant de terra assyriorum. et qui eiec
ti erant de terra egypti. et adorabunt
dominum in monte sancto in ierusalem.

Ve corone superbie ebriis effraim. XXVIII
et flori decidenti glorie exultationis
eius. qui erant in vertice vallis pinguis
simi errantes a vino. Ecce validus
et fortis dominus. sicut impetus grandinis
turbo confringens. sicut impetus
aquarum multarum inundantium et emis
sarum. super terram spaciosam. Pedibus con
culcabitur corona superbie ebriorum
effraim. Et erit flos decidens glorie
exultationis eius. qui est super verticem ef
fraim. et qui est super verticem vallis
pinguium. quasi temporaneum ante
maturitatem autumni. Quod cum aspe
xerit videns. statim ut manu te
nuerit devorabit illud. In die illa
erit dominus exercituum corona glorie. et ser
tum exultationis residuo populi sui.
et spiritus iudicii sedenti super iudicium.
et fortitudo revertentibus de bello ad
portam. Verum hi quoque
pre vino nescierunt. et pre ebrietate er
raverunt. Sacerdotes et propheta nescierunt pre
ebrietate. absorti sunt a vino. Er
raverunt in ebrietate. nescierunt viden
tem. ignoraverunt iudicium. Omnes e
nim mense replete sunt vomitu sor
diumque. ita ut non esset ultra locus. Quem
docebit scientiam. et quem intelligere
faciet auditum. Ablactatos a lacte
et pulsos ab uberibus; quia manda
remanda. manda remanda. expec
ta reexpecta expecta reexpecta. mo
dicum ibi. modicum ibi. In loquela e
nim labii. et in lingua al tera lo
quetur ad populum istum. Cui dixit.

Hec requies mea. reficite lassum.
& hoc est meum refrigerium. Et nolue
runt audire. Et erit eis uerbum do
mini. manda remanda. manda
remanda. expecta reexpecta. expec
ta reexpecta. modicum ibi. modicum
ibi. ut uadant & cadant retrorsum.
& conterantur. & illaqueentur. & capi
Propter hoc audite antur.
uerbum domini uiri illusores. qui domi
namini super populum meum qui est in ihe
rusalem. Dixistis enim. Percussimus
fedus cum morte. & cum inferno fe
cimus pactum. Flagellum inundans
cum transierit non ueniet super nos. quia
posuimus mendacium spem nostram. & menda
cio protecti sumus. Ideo hec dicit dominus
deus. Ecce ego mittam in fundamentis
syon lapidem. lapidem probatum. angu
larem. preciosum. in fundamento funda
tum. Qui crediderit non festinet. Et
ponam iudicium in pondere. & iusti
ciam in mensura. Et subuertet grando
spem mendacii. & protectionem aque inun
dabunt. Et delebitur fedus uestrum cum
morte. & pactum uestrum cum inferno
non stabit. Flagellum inundans cum trans
ierit. eritis ei in conculcationem. Quan
documque pertransierit tollet uos. quoniam
mane diluculo pertransibit in die &
in nocte. & tantummodo sola uexatio
dabit intellectum auditui. Coangus
tatum est enim stratum ita ut alter decidat. et
pallium breue utrumque operire non potest.
Sicut enim in monte
diuisionum stabit dominus. sic in

ualle que est in gabaon irascetur. Ut fa
ciat opus suum. alienum opus eius. ut ope
retur opus suum. peregrinum est opus ab eo.
Et nunc nolite illudere. ne forte
constringantur uincula uestra. Consum
mationem enim & abbreuiationem au
diui a domino deo exercituum. super uniuer
sam terram. Auribus percipite. & audite
uocem meam. attendite. & audite elo
quium meum. Numquid tota die arabit
arans ut serat. proscindet & sariet
humum suam. Nonne cum adequa
uerit faciem eius seret gith. & ciminum
sparget. & ponet triticum per ordinem
& ordeum. & milium. & uiciam in fi
nibus suis. & erudiet illum in iudicio.
Deus suus docebit illum.
Non enim in serris triturabitur gith.
nec rota plaustri super ciminum cir
cuiet. sed in uirga excutietur gith. &
ciminum in baculo. panis autem commi
nuetur. Uerum non in perpetuum triturans tri
turabit illum. neque uexabit eum rota
plaustri. nec in ungulis suis commi
nuet eum. Et hoc a domino deo exerci
tuum exiuit. ut mirabile faceret con
silium. & magnificaret iusticiam.
XXIX Ue arihel arihel ciuitas
quam expugnauit dauid. addita est
annus ad annum. sollempnitates euo
lute sunt. Et circumuallabo arihel.
& erit tristis & merens. Et erit mihi
quasi arihel. & circumdabo quasi
speram in circuitu tuo. & iaciam con
tra te aggerem. & munimenta ponam
in obsidionem tuam. Humiliaberis. de

t̃ra loquẽris. & de humo audietur e
loquiũ tuũ. Et erit quasi phitonis
de t̃ra uox tua. & de humo eloqui
um tuũ mussitabit. Et erit sicut
puluis tenuis multitudo uentilan
tium te. & sicut fauilla ptransiens
multitudo eorum qui contra te pualuerũt.
Eritq; repente confes
tim a dño exercituũ uisitabitur in
thonitruo & in cõmotione t̃re. et
uoce magna turbinis & tempesta
tis. & flame ignis deuorantis. Et e
rit sicut somnũ uisionis nocturne
multitudo omniũ gentiũ que dimi
cauerũt contra arihel. & om̃s qui mili
tauerũt. & obsederũt. & pualuerũt adũ
sus eã. Et sicut somniat esuriens
& cõmedit. cũ autem fuerit expreceptus
uacua ẽ anima eius. & sicut somniat
sitiens & bibit. & postquã fuerit ex
pgefactus. lassus adhuc sitit. & am
ma ei uacua ẽ. sic erit multitudo
omniũ gentiũ que dimicauerunt
contra montem syon. Ie. xi.
Obstupescite & ammiramini. fluc
tuate & uacillate. Inebriamini &
ñ a uino. mouemini & ñ ab ebrie
tate. qm̃ miscuit uob dñs spm̃ sa
poris. Claudet oculos uros. pphas
& pncipes uros qui uident uisio
nes opiet. Et erit uob uisio omñi
um. sicut uba libri signati. Quẽ
cum dederint scienti lr̃as. dicent.
Lege istum. Et respondebit. Non
possum. signatus ẽ enim. Et dabitur
liber nescienti lr̃as. dicetur q; ei.
Lege. Et respondebit. Nescio lr̃as.
Et dixit dñs. Eo qđ appinquat
pp̃s iste ore suo. & labiis suis glificat
me. cor autem eius longe ẽ a me. & timue
runt me mandato hominũ & doc
trinis. ideo ecce ego addam ut ãmi
ratione faciam pp̃lo huic miraclo
grandi & stupendo. Peribit enĩ sa
pientia a sapientib; eius. & intellectus
prudentiũ eius abscondetur.
Ue qui pfundi estis corde. ut a dño
abscondatis consiliũ. quorum sunt in
tenebris opa. Et dicunt. Quis ui
det nos. & quis nouit nos. Pusa ẽ
hec uia cogitatio. quasi si lutũ contra
figulũ cogitet. & dicat opus factori
suo ñ fecisti me. & figmentũ dicat
factori suo ñ intelligis.
Nonne adhuc in modico & in bre
ui conuertetur libanus in chermel. &
chermel in saltũ reputabitur. Et au
dient in die illa surdi uba libri. &
de tenebris & caligine oculi cecorum
uidebunt. Et addent mites in dño
leticiã. & paupes homines in sanc
to isrl exultabunt. Qm̃ defecit qui
pualebat. consũmatus ẽ illusor. & suc
cisi sunt om̃s qui uigilabant sup
iniquitatẽ. qui peccare faciebant
homines in ubo. & arguentẽ in por
tam supplantabant. & declinauerũt
frustra a iusto. Propter hoc hec dicit
dñs ad domũ iacob. qui redemit
abraham. Non modo confundetur iacob.
nec modo uultus eius erubescet. sed cũ ui
derint filios suos opa manuũ mearum

in medio sui sanctificantes nomen
meum. et sanctificabunt nomen sanctum
iacob. et deum israel predicabunt. Et scient
errantes spiritu intellectum. et musita-
XXX tores discent legem. Ve filii deserto-
res dicit dominus. ut faceretis consilium
et non ex me. et ordiremini telam et non per
spiritum meum ut adderetis peccatum super pec-
catum. Qui ambulatis ut descenda-
tis in egyptum. et os meum non interrogas-
tis. sperantes auxilium in fortitudine
pharaonis. et habentes fiduciam in
umbra egypti. Et erit vobis fortitu-
do pharaonis in confusionem. et fidu-
cia umbre egypti in ignominiam.
Erant enim in thaphnis principes
tui. et nuncii tui usque ad anes perve-
nerunt. Omnes confusi sunt. super po-
pulo qui eis prodesse non potuit. Non fue-
runt in auxilium. et in aliquam utili-
tatem. sed in confusionem et obprobrium.
In terra tribulatio Onus iumentorum austri.
nis et angustie leena et leo. ex eis vi-
pera et regulus volans. portantes super
humeros iumentorum divitias suas. et super
gibbum camelorum thesauros suos. ad po-
pulum qui eis prodesse non poterit. Egyptus
enim frustra et vane auxiliabitur.
ideo clamavi super hoc. Superbia tan-
tum est. quiesce. Nunc ingressus scri-
be eis super buxum. et in libro diligenter
exara illud. Et erit in die novissi-
mo in testimonium. et usque in eternum.
Populus enim ad iracundiam provocans est.
et filii mendaces. filii nolentes audire
legem dei. Qui dicunt videntibus noli-
te videre. et aspicientibus nolite aspi-
cere vobis ea que recta sunt. Loquimi-
ni nobis placentia. videte nobis errores.
Auferte a me viam. declinate a me
semitam. cesset a facie nostra sanctus israel.
Propterea hec dicit dominus sanctus israel.
Pro eo quod reprobastis verbum hoc. et sper-
astis in calumpnia et tumultu. et
innixi estis super eo. propterea erit vobis
iniquitas hec sicut interruptio cadens.
et requisita in muro excelso. Quoniam
subito dum non speratur veniet contritio
eius. et comminuetur sicut conteritur lage-
na figuli contritione pervalida. et non in-
venietur de fragmentis eius testa. in qua
portetur igniculus de incendio. aut hau-
riatur parum aque de fovea. Quia
hec dicit dominus deus sanctus israel. Si re-
vertamini. et quiescatis. salvi eritis.
In silentio et in spe. erit fortitudo
vestra. Et noluistis. et dixistis. Nequa-
quam. sed ad equos fugiemus. Ideo fugie-
tis. Et super veloces ascendemus. Ideo ve-
lociores erunt qui persequentur vos. Mil-
le homines a facie terroris unius. et a
facie terroris quinque fugietis. donec
relinquamini quasi malus navis
in vertice montis. et quasi signum super
collem. Propterea expectat dominus ut mi-
sereatur vestri. et ideo exaltabitur parcens
vobis. quia deus iudicii dominus. beati
omnes qui expectant eum.
Populus enim syon habitabit in ihe-
rusalem. Plorans nequaquam plorabis.
miserans miserebitur tui. Ad vocem cla-
moris tui. statim ut audierit res-

pondebit tibi. Et dabit uobis dominus pa
nem artum et aquam breuem: et non faciet
auolare a te ultra doctorem tuum. Et
erunt oculi uidentes tui preceptorem
tuum: et aures tue audient uerbum post
tergum monentis. Hec est uia. ambu
late in ea: neq; ad dexteram neq; ad
sinistram declinetis ab ea. Et conta
minabis laminas sculptilium argenti
tui: et uestimentum conflatilis auri
tui: et disperges ea sicut inmundiciam
menstruate. Egredere: dices ei. Et
dabitur pluuia semini tuo ubicumq;
seminaueris in terra: et panis frugum terre
erit uberrimus et pinguis. Pascetur
in possessione tua in die illa agnus
spaciose: et tauri tui. et pulli asinorum
qui operantur terram commixtum migma
comedent. sicut in area uentilatum est.
Et erunt super omnem montem excel
sum. et super omnem collem eleuatum riui
currentium aquarum: in die interfectio
nis multorum cum ceciderint turres.
Et erit lux lune sicut lux solis. et
lux solis erit septempliciter sicut lux
septem dierum: in die qua alligauerit do
minus uulnus populi sui. et percussuram plage
Ecce nomen do — eius sanauerit.
mini uenit de longinquo: ardens
furor eius. et grauis ad portandum. La
bia eius repleta sunt indignatione:
et lingua eius quasi ignis deuorans.
Spiritus eius uelut torrens inundans usq;
ad medium colli: ad perdendas gentes
in nichilum. Et frenum erroris quod e
rat in maxillis populorum. canticum erit
uobis sicut nox sanctificate sollemp
nitatis. et leticia cordis: sicut qui pergit
cum tybia ut intret in montem domini
ad fortem israel. Et auditam faciet dominus
gloriam uocis sue: et terrorem brachii sui
ostendet in comminatione furoris. et
flamma ignis deuorantis. Allidet in
turbine et in lapide grandinis. A uo
ce enim domini pauebit assur uirga per
cussus: et erit transitus uirge fundatus.
quam requiescere faciet dominus super eum.
In tympanis et in chytharis: in bellis
precipuis expugnabit eos. Preparata
est enim ab heri thofeth a rege preparata.
profunda et dilatata: nutrimenta
eius ignis et ligna multa: flatus domini sicut
torrens sulphuris succendens eam.
Ue qui descendunt in egyp XXXI
tum ad auxilium in equis sperantes: et
habentes fiduciam super quadrigis quia
multe sunt. et super equitibus quia pre
ualidi nimis: et non sunt confisi super
sanctum israel. et dominum non requisierunt. Ipse
autem sapiens adduxit malum. et uerba
sua non abstulit: et consurget contra do
mum pessimorum. et contra auxilium operan
tium iniquitatem. Egyptus homo et non
deus: et equi eorum caro. et non spiritus. Et do
minus inclinabit manum suam. et cor
ruet auxiliator: et cadet cum protectus
auxilium. simulq; omnes consumentur.
Quia hec dicit dominus ad
me. Quomodo si rugiat leo. et catulus
leonis super predam suam cum occurrerit
ei multitudo pastorum: a uoce eorum non
formidabit. et a multitudine eorum

n̄ pauebit. sic descendet dn̄s exer-
cituū ut p̄lietur sup montē syon.
& sup collē eius. Sicut uolantes a-
ues. sic ꝓteget dn̄s exercituū ihr̄lm.
ꝓtegens & liberans. transiens & sal-
uans. Conuertimini sicut in ꝓfundū
recesseratis filii isrł. In die eni illa
abiciet uir ydola argenti sui. & ydo-
la auri sui. que fecert uob manus
ure in peccatū. Et cadet assur in gla-
dio n̄ uiri. & gladius n̄ hominis uo-
rabit eū. & fugiet n̄ a facie gladii.
ant me uniuersis diebus & bene sit
eis. & filiis eorum post eos. Et feri-
am eis pactum sempiternum. & non
desinam eis bene facere. Et timo-
rem meum dabo in corde eorum. ut non
recedant a me. & letabor super eis
cum bene eis fecero. Et plantabo
eos in terra ista in ueritate. in toto
corde meo. & in tota anima mea.
Quia hec dicit dominus. Sicut addu-
xi super populum istum omne malum hoc
grande. sic adducam super eos omne
bonum quod ego loquor ad eos. Et pos-
sidebuntur agri in terra ista de qua
uos dicitis quod deserta sit. eo quod non
remanserit homo & iumentum. et
data sit in manu chaldeorum. Agri
pecunia ementur. & scribentur in
libro. & imprimetur signum. & testis
adhibebitur in terra beniamin. &
in circuitu ierusalem. & in ciuitatibus
iuda. & in ciuitatibus montanis.
& in ciuitatibus campestribus & in ci-
uitatibus que ad austrum sunt. quia
conuertam captiuitatem eorum ait dominus.

XXXIII

Et factum est uerbum do-
mini ad ieremiam secundo. cum ad-
huc clausus esset in atrio carceris.
dicens. Hec dicit dominus qui facturus
est. & formaturus illud. & paraturus.
dominus nomen eius. Clama ad me. &
exaudiam te. & annunciabo tibi
grandia & firma que nescis. Quia
hec dicit dominus deus israel ad domos ur-
bis huius. & ad domos regis iuda.
que destructe sunt. & ad munitio-
nes. & gladium uenientium ut dimi-
cent cum chaldeis. & impleant eas
cadaueribus hominum. quas percussi in
furore meo. & in indignatione me-
a. abscondens faciem meam a ciuitate
hac propter omnem maliciam eorum. Ecce
ego obducam eis cicatricem & sanita-
tem. & curabo eos. & reuelabo illis

deprecationem pacis & ueritatis. et
conuertam conuersionem iude. & conuer/
sionem ierusalem. Et edificabo eos si/
cut a principio. & emundabo illos
ab omni iniquitate sua. in qua
peccauerunt mihi. & propitius ero cunc/
tis iniquitatibus eorum. in quibus de/
liquerunt mihi. & spreuerunt me. &
erit mihi in nomen & in gaudium. & in
laudem. & in exultationem cunctis
gentibus terre. que audierunt que omnia
bona que ego facturus sum eis. et
pauebunt. & turbabuntur in uniuer/
sis bonis. & in omni pace quam ego
faciam eis. Hec dicit dominus. Adhuc
audietur in loco isto quem uos di/
citis esse desertum. eo quod non sit ho/
mo & iumentum in ciuitatibus iu/
da. & foris ierusalem que desolate sunt
absque homine. & absque habitatore.
& absque pecore. uox gaudii & uox
leticie. & uox sponsi & uox spon/
se. uox dicentium. confitemini do/
mino exercituum. quoniam bonus dominus.
quoniam in eternum misericordia eius. & por/
tantium uota in domum domini.
Reducam enim conuersionem terre si/
cut a principio. dicit dominus. Hec di/
exercituum cit dominus. Adhuc erit in loco isto
deserto absque homine & absque iu/
mento. & in cunctis ciuitatibus eius
habitaculum pastorum accubantium
gregum. In ciuitatibus montuosis &
in ciuitatibus campestribus & in ci/
uitatibus que ad austrum sunt. &
in terra beniamin. & in circuitu ihe/
rusalem. & in ciuitatibus iuda. ad/
huc transibunt greges ad manum
numerantis ait dominus. Ecce dies ue/
niunt dicit dominus. & suscitabo uer/
bum bonum quod locutus sum ad do/
mum israel. & ad domum iuda. In
diebus illis. & in tempore illo germi/
nare faciam dauid germen iusticie.
& faciet iudicium & iusticiam in terra.
In diebus illis saluabitur iuda. &
ierusalem habitabit confidenter. Et hoc
est nomen quod uocabunt eum. dominus
iustus noster. Quia hec dicit dominus.
Non interibit de dauid uir. qui
sedeat super thronum domus israel.
Et de sacerdotibus & leuitis non interibit
uir a facie mea. qui offerat holo/
caustomata. & incendat sacrificium.
& cedat uictimas cunctis diebus.
Et factum est uerbum domini ad ihere/
miam. dicens. Hec dicit dominus. Si
irritum fieri potest pactum meum cum
die. & pactum meum cum nocte. ut
non sit dies & nox in tempore suo. et
pactum meum irritum esse poterit cum
dauid seruo meo. ut non sit ex eo fi/
lius qui regnet in throno eius. & le/
uite & sacerdotes ministri mei. Sicu/
ti numerari non possunt stelle celi. &
metiri arena maris. sic multipli/
cabo semen dauid serui mei. & le/
uitas ministros meos. Et factum est
uerbum domini ad iheremiam. dicens.
Numquid non uidisti quid populus hic lo/
cutus sit dicens. due cognationes
quas elegerat dominus abiecte sunt.

Et p(o)p(u)l(u)m meū despexerunt. eo q(uo)d
n(on) sit ultra gens coram eis. Hec di
cit d(omi)n(u)s. Si pactum meū int(er) diē
& noctem. & leges c(a)elo & t(er)r(e) n(on) po
sui. equidē & semen iacob & dauid
serui mei p(ro)iciam. ut n(on) assumam
de semine ei(us) p(ri)ncipes seminis abra
hām ysaac. & iacob. Reducam enī
conuersionem eo(rum). & miserebor eis.
V erbum q(uo)d factum ē
ad iheremiā a d(omi)no. quando na XXXIIII
buchodonosor rex babylonis. et
om(ne)s exercitus eius. uniu(er)saq(ue)
regna t(er)r(e) que erant sub potes
tate manus eius. & om(ne)s p(o)p(u)li bel
labant contra ih(e)r(usa)l(e)m. & contra
om(ne)s urbes eius. dicens. Hec di
cit d(omi)n(u)s d(eu)s isr(ae)l. Uade. & loque
re ad sedechiam regem iuda. &
dices ad eum. Hec dicit domi
nus. Ecce ego tradam ciuitatē
hanc in manu regis babylonis.
& succendet eam igni. & tu n(on)
effugies de manu eius. sed com
p(re)hensione capieris. & in manu
eius traderis. & oculi tui oculos
regis babylonis uidebunt. & os
eius cum ore tuo loquet(ur). & ba
bylonem introibis. At tamen
~~audi uerbum~~ audi uerbum d(omi)ni se
dechia rex iuda. Hec dicit do
minus ad te. Non morieris in
gladio. sed in pace morieris. &
s(e)c(un)d(u)m combustiones patrū tuo(rum)
regum p(ri)o(rum) qui fuerunt ante
te. sic comburent te. & ue d(omi)ne

plangent te. q(ui)a uerbū ego locut(us) su(m) dic(it)
d(omi)n(u)s. Et locutus ē ieremias p(ro)ph(et)a ad se
dechiā regē iuda. uniu(er)sa uerba hec in ihe
rusalē. Et exercit(us) regis babylonis pug
nabat contra ih(e)r(usa)l(e)m. & contra om(ne)s ciuita
tes iuda. q(ue) reliq(ue) erant contra lachis.
& contra azecha. Hę enim superant
de ciuitatib(us) iuda. urbes munite.
V erbum q(uo)d factum ē ad ihe
remiam a d(omi)no. postquā p(er)cussit
rex sedechias fedus cum omni
p(o)p(u)lo in ih(e)r(usa)l(e)m. p(re)dicans ut dimit
teret unusquisq(ue) seruū suū. &
unusquisq(ue) ancillā suā hebreū
& hebreā liberos. & nequaquā
dominarent(ur) eis. id ē in iudeo.
& in fratre suo. Audierunt enim
om(ne)s p(ri)ncipes. & uniu(er)sus p(o)p(u)l(u)s q(ui)
inierant pactum. ut dimitteret
unusquisq(ue) seruū suū. & unus
quisq(ue) ancillā suā liberos. & ul
tra n(on) dominarent(ur) in eis. Audie
runt ig(itur). & dimiserunt. Et con
uersi sunt deinceps. & retraxe
runt seruos & ancillas suas q(uo)s
dimiserant liberos. & subiuga
uerunt in famulos & in famulas.
E t factum ē uerbum
domini ad iheremiam a d(omi)no
dicens. Hec dicit d(omi)n(u)s d(eu)s isr(ae)l.
Ego p(er)cussi fedus cum patrib(us) ue
stris. in die qua eduxi eos de
t(er)ra egypti. de domo seruitutis.
dicens. Cum completi fuerint
septem anni. dimittat unusq(ui)sq(ue)
fratrē suū hebreū. qui uendit(us) ē ei.

et seruiet tibi sex annis. & dimit
tes eum a te liberum. Et non audie
runt patres uestri me: nec inclina
uerunt aurem suam. Et conuersi estis
uos hodie. & fecistis quod rectum est
in oculis meis: ut predicaretis liber
tatem unusquisque ad amicum suum.
Et inistis pactum in conspectu
meo. in domo in qua inuocatum est
nomen meum super eam: & reuersi estis.
& ~~contaminastis~~. commaculastis
nomen meum. & reduxistis unusquis
que seruum suum. & unusquisque an
cillam suam. quos dimiseratis ut
essent liberi. & sue potestatis: et
subiugastis eos. ut sint uobis ser
ui & ancille. Propterea hec dicit
dominus. Uos non audistis me. ut predica
retis libertatem unusquisque fratri
suo: & unusquisque amico suo.
Ecce ego predico libertatem ait do
minus ad gladium. & pestem. &
famem. & dabo uos in commotionem
cunctis regnis terre. & dabo uiros
qui preuaricantur fedus meum. &
non obseruauerunt uerba federis quibus
assensi sunt in conspectu meo.
Uitulum quem ceciderunt in duas
partes. & transierunt inter diuisio
nes eius. principes iuda. & principes
ierusalem. eunuchi. & sacerdotes. & om
nis populus terre. qui transierunt inter
diuisiones uituli: & dabo eos
in manu inimicorum suorum. & in
manu querentium animam eorum.
Et erit morticinum eorum in escam
uolucribus celi. & bestiis terre. & se
dechiam regem iuda. & principes eius
dabo in manu inimicorum suorum. et
in manu querentium animam eorum.
& in manu exercituum regis ba
bylonis qui recesserunt a uobis.
Ecce ego precipio dicit dominus. & re
ducam eos in ciuitatem hanc. et
preliabuntur aduersum eam. & ca
pient eam. & incendent igni. &
ciuitates iuda dabo in solitudi
nem. eo quod non sit habitator.

XXXV Uerbum quod factum est ad ihere
miam a domino in diebus ioachim fi
lii iosie regis iuda. dicens. Uade
ad domum rechabitarum. & loquere
eis. & introduces eos in domum domini in
unam exedram thesaurorum. & dabis
eis bibere uinum. Et assumpsi ie
choniam filium iheremie filii ab
sanie. & fratres eius. & omnes filios eius.
& uniuersam domum rechabitarum.
& introduxi eos in domum domini ad
gazophilatium filiorum anan. filii
hiedelie hominis dei. quod erat iux
ta gazophilatium principum super the
saurum maasie filii sellum. qui
erat custos uestibuli. Et posui co
ram filiis domus rechabitarum sciphos
plenos uino. & calices. Et dixi ad
eos. Bibite uinum. Qui responderunt.
Non bibemus uinum. quia iona
dab filius rechab pater noster precepit
nobis. dicens. Non bibetis uinum uos
& filii uestri usque in sempiternum. &
domum non edificabitis. & sementem non

seretis. & uineas ñ plantabitis nec
habebitis. sed in tabnaclis habita
bitis cunctis dieb; urīs. ut uiua
tis dieb; multis sup faciē trē. in
qua uos pegrinamini. Obediuim
g uoci ionadab filii rechab patris
nri in omib; que pcepit nob. ita
ut ñ biberemus uinū cunctis dieb;
nris. nos & mulieres nre. & filii &
filie nre. & ñ edificaremus domos
ad habitandū. & uineā. & agrū.
& sementē ñ habuim. sed habita
uimus in tabnaclis. & obedientes
fuimus iuxta omia que pcepit
nob ionadab pat nr.

Cum aut ascendisset nabucho
donosor rex babylonis ad trām
nrām. diximus. Uenite. & ingre
diamur ihrlm a facie exercitus
chaldeorū. & a facie exercit syrie.
& mansimus in ihrlm. Et factū
ē ūbum dnī ad iheremiā dicens.
Hec dicit dns exercituū. ds isrl.
Uade. & dic uiris iuda. & habita
torib; ihrlm. Nunqd ñ recipietis
disciplinā. ut obediatis ūbis meis
dicit dns. Preualuerūt sermones
ionadab filii rechab quos pcepit
filiis suis ut ñ biberent uinū. & ñ
biberunt usq; ad diem hanc. quia
obedierunt pcepto patris sui. Ego
aut locutus sum ad uos de mane
consurgens & loquens. & ñ obedis
tis m. misiq; ad uos omīs seruos
meos pphas. consurgens diluculo.
mittensq; & dicens. Conutimini
unusquisq; a uia sua pessima. &
bona facite studia ura. & nolite
sequi dōs alienos. neq; colatis eos.
& habitabitis in tra quā dedi pa
trib; uris & uob. & ñ inclinastis
aurē urām. neq; audistis me. Fir
mauerunt g filii ionadab filii re
chab pceptum patris sui qd pcepat
eis. ppls aut iste ñ obediuit m.
Ideo hec dicit dns exercituū.
ds isrl. Ecce ego adducam sup
iudā. & sup omīs habitatores ihe
rusalem uniūsam afflictionē qm
locutus sum adūsum eos. eo qd
loquut sim ad eos. & ñ audierūt.
uocaui illos. & ñ responderūt m.
Domui aut rechabitarū. dixit ihe
remias. Hec dicit dns exercituū.
ds isrl. Pro eo qd obedistis pcepto
ionadab patris uri. & custodistis om
nia mandata ei. & fecistis uniūsa
que pcepit uob. ppterea hec dicit
dns exercituū. ds isrl. Non defi
ciet uir de stirpe ionadab filii re
chab. stans i cspectu meo cūtis dieb;

Et factum ē in anno quarto io XXXVI
achim filii iosie regis iuda. factū
ē ūbum hoc ad iheremiā a dno
dicens. Tolle uolum libri. & scribe
in eo omīa ūba que locutus sum
t adūsum isrl & iudā. & adūsum
omīs gentes a die qua locutus sū
ad te ex dieb; iosie. usq; ad diem
hanc. si forte audiente domo iu
da uniūsa mala que ego cogito
facere eis. reūtatur unusquisq; a

uia sua pessima. & propitius ero ini-
quitati & peccato eorum.
Vocauit ergo iheremias baruch fi-
lium nerie: & scripsit baruch ex
ore iheremie omnes sermones domini
quos locutus est ad eum in uo-
lumine libri. Et precepit ihere-
mias baruch dicens. Ego clausus
sum: nec ualeo ingredi domum do-
mini. Ingredere ergo tu: & lege de
uolumine in quo scripsisti ex ore
meo uerba domini. audiente populo in
domo domini in die ieiunii. insuper
& audiente uniuerso iuda qui
ueniunt de ciuitatibus suis. leges
eis: si forte cadat oratio eorum in
conspectu domini. & reuertatur unus-
quisque a uia sua pessima. quoniam
magnus furor & indignatio quam
locutus est dominus aduersum populum
hunc. Et fecit baruch filius ne-
rie iuxta omnia que preceperat ei ihe-
remias propheta: legens ex uolumine
sermones domini in domo domini.

Factum est autem in anno quinto
ioachim filii iosie regis iuda. in
mense nono. predicauerunt ieiu-
nium in conspectu domini omni populo
in ihrlm: & uniuerse multitudini
que confluxerat de ciuitatibus
iuda in ihrlm. Legitque baruch
ex uolumine sermones iheremie
in domo domini. in gazophilatio ga-
marie filii saphan scribe. in uesti-
bulo superiori in introitu porte
noue domus domini: audiente omni
populo. Cum que audisset micheas
filius gamarie filii saphan omnes
sermones domini ex libro. descendit
in domum regis ad gazophilatium
scribe: & ecce ibi omnes principes sede-
bant. elisama scriba. & dalaia fili-
us semeie. & ernathan filius acho-
bor. & gamarias filius saphan.
& sedechias filius ananie: & uniuer-
si principes. Et nunciauit eis mi-
cheas omnia uerba que audiuit le-
gentem baruch ex uolumine:
in auribus populi. Miserunt itaque
omnes principes ad baruch iudi fi-
lium nathanie filii selemie. filii
chusi: dicentes. Volumen ex quo
legisti audiente populo sume in ma-
nu tua: & ueni. Tulit ergo baruch
filius nerie uolumen in manu sua:
& uenit ad eos. Et dixerunt ad eum.
Sede: & lege uolumen hec in auribus
nostris. Et legit baruch in auribus
eorum. Igitur cum audissent omnia
uerba. obstupuerunt unusquisque ad
proximum suum: & dixerunt ad baruch.
Nunciare debemus regi omnes ser-
mones istos. Et interrogauerunt eum
dicentes. Indica nobis quomodo scrip-
sisti istos sermones omnes ex ore eius.
Dixit autem eis baruch. Ex ore
suo loquebatur quasi legens ad me
omnes sermones istos: & ego scribe-
bam in uolumine atramento.
Et dixerunt principes ad baruch.
Vade & abscondere tu & ihere-
mias: & nemo sciat ubi sitis. Et

ingressi sunt ad regem in atrium.
Porro volum commendaverunt
in gazophilatium elisame scribe.
Et nunciaverunt audiente rege
omnes sermones. Misitque rex iudi
ut sumeret volum. Qui tollens
illud de gazophilatio elisame scri
be: legit audiente rege. et univer
sis principibus qui stabant circa re
gem. Rex autem sedebat in domo
hyemali in mense nono: et posi
ta erat arula coram eo plena
prunis. Cumque legisset iudi
tres pagellas uel quatuor: scidit
illud scalpello scribe. et proiecit in
ignem qui erat super arulam. do
nec consumeretur omne volum ig
ni qui erat in arula: et non timue
runt neque sciderunt vestimenta
sua. rex et omnes servi eius. qui au
dierunt universos sermones istos.
Veruntamen elnathan. et dalaias
et gamarias contradixerunt regi.
ne combureret librum: et non audi
vit eos. Et precepit rex iheremihel
filio amalech. et saraie filio ezri
hel. et selemie filio abdehel: ut
comprehenderent baruch scribam.
et iheremiam prophetam. Absconditu
autem eos dominus.

Et factum est verbum domini ad ihe
remiam. postquam combusserat rex
volum. et sermones quos scripsit ba
ruch ex ore iheremie: dicens. Rur
sum tolle volum aliud: et scribe in
eo omnes sermones qui erant in
volumine priori quod combussit io
achim rex iuda: et ad ioachim
regem iuda dices. Hec dicit dominus.
Tu combussisti volum illud di
cens: quare scripsisti in eo annun
cians. festinus veniet rex baby
lonis. et vastabit terram hanc. et
cessare faciet ex illa hominem et
iumentum: Propterea hec dicit do
minus. contra ioachim regem iuda.
Non erit ex eo qui sedeat super
solium david: et cadaver eius pro
icietur ad estum per diem. et ad
gelu per noctem. Et visitabo contra
eum. et contra semen eius. et contra ser
vos eius iniquitates suas: et adducam
super eos. et super habitatores ierusalem.
et super viros iuda omne malum quod
locutus sum ad eos. et non audierunt.
Iheremias autem tulit volum aliud.
et dedit illud baruch filio nerie
scribe: qui scripsit in eo ex ore ihe
remie omnes sermones libri quem com
busserat ioachim rex iuda igni:
et insuper additi sunt sermones mul
to plures quam antea fuerant.

Et regnavit rex sedechias filius XXXVII
iosie pro iec-honia filio ioachim.
quem constituit regem nabucho
donosor rex babylonis in terra iu
da: et non obedivit ipse et servi eius.
et populus terre verbis domini que locutus
est in manu iheremie prophete. Et mi
sit rex sedechias iuchal filium sele
mie. et sophoniam filium maasie
sacerdotem ad iheremiam prophetam: di

cens. Ora p nob dnm dm nrm.
Iheremias aut ambulabat libe
in medio ppli. Non enim mise
rant eum in custodiā carceris.
Igitur exercit pharaonis egress
ē de egypto: & audientes chaldei
qui obsidebant ihrlm huiuscē
modi nunciū. recesserunt ab ihe
rusalem. Et factum ē ūbum do
mini ad iheremiā pphām: dicens.
Hec dicit dns ds isrl. Sic dice
tis regi iuda: qui misit uos ad
me interrogandum. Ecce exercit
pharaonis qui egressus ē uob in
auxiliū. reuertetur in terram suā
in egyptū: & redient chaldei. & bel
labunt contra ciuitatē hanc. & ca
pient eam: & incendent igni. Hec
dicit dns. Nolite decipe animas
uras. dicentes. euntes abibunt. et
recedent a nob chaldei: quia n ab
ibunt. Sed & si pcusseritis omnē
exercitū chaldeoz qui pliatur ad
usum uos. & derelicti fuerint ex
eis aliqui uulnati: singli de ten
torio suo consurgent: & incendent
ciuitatē hanc igni. Ergo cum re
cessisset exercitus chaldeoz ab
ihrlm ppt exercitū pharaonis: e
gressus ē iheremias de ihrlm. ut
iret in terram beniamin. & diuide
ret ibi possessionē in conspectu ci
uium. Cumq; puenisset ad por
tam beniamin: erat ibi custos por
te p uices nomine iherias. filius
selemie. filii ananie: & apphendit
iheremiā pphām. dicens. Ad chal
deos pfugis. Et respondit ihere
mias. Falsum ē: n fugio ad chal
deos. Et n audiuit eum: sed cō
phendit iheremiā iherias: & ad
duxit eum ad pncipes. Quā ob
rem irati pncipes contra iheremiā:
cesum eum miserunt in carcerē q
erat in domo ionathan scribe.
Ipse enim ppositus erat sup car
cerem. Itaq; ingressus ē ihere
mias in domū lacus in ergastulum:
& sedit ibi iheremias dieb; mul
tis. Mittens aut sedechias rex tu
lit eum. & interrogauit in domo
sua abscondite: & dixit. Putas
ne ē sermo a dno? Et dixit ihe
remias. Est. Et ait. In manu re
gis babylonis traderis. Et dixit
iheremias ad regem sedechiā. Qd
peccaui t & seruis tuis. & pplo
tuo? quia misisti me in domū
carceris? Ubi sunt pphe uri q
pphabant uob. & dicebant: n ue
niet rex babylonis sup uos. & sup
terram hanc? Nunc g audi obse
cro dne mi rex. Ualeat depcatio
mea in conspectu tuo: & ne remit
tas me in domū ionathan scribe:
ne moriar ibi. Precepit g rex se
dechias. ut traderet iheremias in
uestibulo carceris: & daret ei tor
ta panis cotidie excepto pulmto:
donec consumerentur oms panes
de ciuitate. Et mansit iheremias
XXXVIII in uestibulo carceris. Audiuit

aut saphathias filius mathan. et
iedelias filius phassur. et iuchal fi
lius selemie. et phassur filius mel
chie sermones quos iheremias lo
quebatur ad omnem populum dicens.
Hec dicit dominus. Quicumque man
serit in ciuitate hac. morietur gla
dio. et fame. et peste. qui autem pro
fugerit ad chaldeos uiuet. et erit
anima eius sospes et uiuens. Hec
dicit dominus. Tradenda tradetur ci
uitas hec in manu exercitus regis
babylonis. et capiet eam. Et di
xerunt principes regi. Rogamus
ut occidatur homo iste. De in
dustria enim dissoluit manus ui
rorum bellantium qui remanserunt
in ciuitate hac. et manus uniuersi po
puli. loquens ad eos iuxta uerba
hec. Siquidem homo hic non querit
pacem populi huius. sed malum. Et di
xit rex sedechias. Ecce ipse in ma
nibus uestris est. nec enim fas est regem
uobis quicquam negare. Tulerunt
ergo iheremiam. et proiecerunt eum in
lacum melchie filii amalech. qui
erat in uestibulo carceris. Et sub
miserunt iheremiam funibus in la
cum. in quo non erat aqua. sed lu
tum. Descendit itaque iheremias
in cenum. Audiuit autem abdeme
lech ethyops uir eunuchus qui erat
in domo regis. quod misissent ihe
remiam in lacum. Porro rex sede
bat in porta beniamin. Et egres
sus est abdemelech de domo regis.

et locutus est ad regem dicens.
Domine mi rex. male fecerunt uiri
isti omnia quecumque perpetrauerunt contra
iheremiam prophetam. mittentes eum in
lacum. ut moriatur ibi fame. Non
sunt enim ultra panes in ciuitate.
Precepit itaque rex abdemelech
ethyopi dicens. Tolle tecum hinc
triginta uiros. et leua iheremiam prophe
tam de lacu. antequam moriatur.
Assumptis ergo abdemelech secum
uiris. ingressus est domum regis que
erat sub cellario. et tulit inde ue
teres pannos. et antiqua que com
putruerant. et submisit ea ad ihe
remiam in lacum per funiculos. Dixitque
abdemelech ethyops ad iheremiam.
Pone ueteres pannos. et hec scissa et
putrida sub cubitu manuum tuarum.
et super funes. Fecit ergo iheremias
sic. Et extraxerunt iheremiam funibus
et eduxerunt eum de lacu. Man
sit autem iheremias in uestibulo car
ceris. Et misit rex sedechias. et tu
lit ad se iheremiam prophetam ad ostium
tertium quod erat in domo domini. Et
dixit rex ad iheremiam prophetam. Inter
rogo ego te sermonem. ne abscondas
a me aliquid. Dixit autem iheremi
as ad sedechiam. Si annunciauero
tibi. numquid non interficies me. Et si
consilium dedero tibi. non me audies. Iu
rauit ergo rex sedechias iheremie clam
dicens. Viuit dominus qui fecit nobis
animam hanc. si occidero te. et si tra
didero te in manu uirorum istorum.

qui querunt animã tuã. Et
dixit iheremias ad sedechiã. Hec
dicit dn̄s exercituũ. ds̄ isrl̄. Si p
fectus exieris ad p̄ncipes regis
babylonis: uiuet anima tua et
ciuitas hec n̄ succendetur igni: et
saluus eris tu. & domus tua. Si
aut̄ n̄ exieris ad p̄ncipes regis ba
bylonis: tradetur ciuitas hec in
manus chaldeorum. & succendent
eam igni: & tu n̄ effugies de ma
nu eorum. Et dixit rex sedechias
ad iheremiã. Sollicitus sum: ꝓpt
iudeos qui transfugerũt ad chal
deos: ne forte tradar in manꝰ eorum.
& illudant m̄. Respondit aut̄
iheremias. Non tradent. Audi q̄
so uocẽ dn̄i. quã ego loquar ad
te: & bene t̄ erit. & uiuet anima
tua. Quod si nolueris egredi: iste ē̄
sermo quẽ ostendit m̄ dn̄s. Ecce
om̄s mulieres que remanserũt in
domo regis iuda. educentur ad p̄n
cipes regis babylonis: & ipse di
cent. Seduxerunt te. & p̄ualue
runt aduũsum te. Uiri pacifici
tui demerserũt in ceno & lubrico
pedes tuos: & recesserunt a te; et
om̄s uxores tue. & filii tui edu
centur ad chaldeos: & n̄ effugies
manus eorum: sed in manu regis ba
bylonis capieris: & ciuitatẽ hanc
comburet igni. Dixit ḡ sedechi
as ad iheremiã. Nullus sciat ũba
hec: & n̄ morieris. Si aut̄ aude
rint p̄ncipes quia locutus sum
tecum. & uenerint ad te. & dixerint
t̄: indica nob̄ quid locutus sis
cum rege. ne celes nos. & n̄ inrfi
ciemus te. & quid locutus ē̄ tecũ
rex: dices ad eos. Prostraui ego
p̄ces meas coram rege: ne me re
duci iuberet in domũ ionathãn
& ibi morerer. Uenerunt ḡ om̄s
p̄ncipes ad iheremiã: & interroga
uerunt eum. Et locutus ē̄ eis iux
ta om̄a ũba que p̄cepat ei rex:
& cessauerunt ab eo. Nichil enim
fuerat auditũ. Mansit ḡ ihere
mias in uestibulo carceris: usq;
ad diem quo capta ē̄ ihr̄lm. Et
XXXIX factum ē̄ ut caperetur ihr̄lm. An
no nono sedechie regis iuda: m̄se
decimo: uenit nabuchodonosor
rex babylonis. & om̄s exercitꝰ ei
ad ihr̄lm: & obsidebant eam. Un
decimo aut̄ anno sedechie. m̄se
quarto. quinta m̄sis apta ē̄ ciui
tas: & ingressi sunt om̄s p̄ncipes
regis babylonis. & sederunt in por
ta media: neregel. sereser. semegar.
nabusar. sachim. rapsares. neregel.
sereser. rebmag. & om̄s reliqui p̄n
cipes regis babylonis. Cumq; ui
disset eos sedechias rex iuda. & om̄s
uiri bellatores: fugerunt. Et egres
si sunt nocte de ciuitate p uiã
orti regis: & p portã que erat
int̄ duos muros: & egressi sunt
ad uiã deserti. Persecutus ē̄ aut̄
eos exercitꝰ chaldeorum: & comp̄hen
derunt sedechiã in campo so

litudinis ierichontine: & captum
adduxerunt ad nabuchodono/
sor regem babylonis in reblatha.
que est in terra emath: & locutus
est ad eum iudicia. Et occidit rex
babylonis filios sedechie in reb/
latha in oculis eius: & omnis nobiles
iuda occidit rex babylonis. Ocu/
los quoque sedechie eruit: & uin/
xit eum compedibus ut duceretur
in babylonem. Domum quoque regis
& domum uulgi succenderunt chal/
dei igni. & murum ierusalem subuerte/
runt: & reliquias populi que reman/
serunt in ciuitate. & profugas qui
transfugerant ad eum. & superflu/
os uulgi qui remanserant trans/
tulit nabuzardan princeps militum
in babylonem. Et de plebe pauperum
qui nichil penitus habebant: dimi/
sit nabuzardan magister militum
in terra iuda: & dedit eis uineas.
& cisternas in die illa. Preceperat autem na/
buchodonosor rex babylonis de
iheremia propheta nabuzardan ma/
gistro militie dicens. Tolle illum.
& pone super eum oculos tuos: ni/
chilque ei mali facias: sed ut uolue/
rit sic facies ei. Misit ergo nabuzar/
dan princeps militie. & nabu. & se/
ban. & rapsares. & neregel. & sereser.
& rebmag. & omnis optimates regis
babylonis. miserunt & tulerunt
iheremiam de uestibulo carceris: &
tradiderunt eum godolie filio ai/
cham. filii saphan. ut intraret do/
mum. & habitaret in populo.
Ad iheremiam autem factus fuerat
sermo domini. cum clausus esset in ues/
tibulo carceris: dicens. Uade. et
dic abdemelech ethyopi dicens.
Hec dicit dominus exercituum: deus israel.
Ecce ego inducam sermones me/
os super ciuitatem hanc in malum: &
non in bonum. Et erunt in conspec/
tu tuo in die illa: & liberabo te in
die illa ait dominus: & non traderis in
manus uirorum quos tu formidas:
sed eruens liberabo te. & gladio non
cades: sed erit tibi anima tua in sa/
lutem: quia in me habuisti fidu/
ciam ait dominus. Sermo qui factus est XL
ad iheremiam a domino. postquam dimis/
sus est a nabuzardan magistro mi/
litie de rama. quando tulit eum
uinctum cathenis. in medio om/
nium qui migrabant de ierusalem
& iuda: & ducebantur in babylonem.
Tollens ergo princeps militie iheremiam:
dixit ad eum. Dixit. Dominus deus tu/
us locutus est malum hoc super locum
istum: & adduxit. & fecit dominus sicut
locutus est: quia peccastis domino. & non
audistis uocem eius: & factus est uobis
sermo hic. Nunc ergo ecce solui te ho/
die de cathenis que sunt in ma/
nibus tuis. Si placet tibi ut uenias
mecum in babylonem. ueni: & ponam
oculos meos super te. Si autem displi/
cet tibi uenire mecum in babylonem:
hic reside. Ecce omnis terra in cons/
pectu tuo: quod elegeris.

& qđ placuerit t̄ ut uadas. il
luc pge. & mecū noli uenire.
sed habita apud godoliā filiū ai
chám. filii saphán quē ꝑposuit
rex babylonis ciuitatib; iudę.
Habita ḡ cum eo in medio ppli.
uł quocumq; placuerit t̄ ut ua
das. uade. Dedit quoq; ei magist̄
militię cibária. & munuscła. et
dimisit eum. Uenit aut̄ ihere
mias ad godoliam filiū aichám
in masphát. & habitauit cum eo
in medio ppli qui relict̄ fuerat
in t̄ra. Cum ḡ audissent om̄s pn
cipes exercit̄ qui dispsi fuerant
p regiones. ipsi & socii eoꝝ. qđ p̄
fecisset rex babylonis godoliam
filiū aichám t̄rę. & qđ com̄dasset
ei uiros. & mulieres. & paruulos.
& de paupib; t̄rę qui n̄ fuerant
translati in babylonē. uenerunt
ad godoliam in masphát. & is
mahel filius nathanię. & iohan
nan. & ionathán filius careę. & sa
raias filius tenoméch. & filii offi.
qui erant de netophati. & iezo
nias filius maachati. ipsi & uiri
eoꝝ. Et iurauit eis godolias filius
aichám filii saphán. & comitib; e
oꝝ. dicens. Nolite timere seruire
chaldeis. habitate in t̄ra. & seruí
te regi babylonis. & bene erit
uob. Ecce ego habito in masphát.
ut respondeam p̄cepto chaldeoꝝ
qui mittunt̄ ad nos. Uos aut̄ col
ligite uindemiā. & mes..is sui se

& óleum. & condite in uasis uris.
& manete in urbib; uris. quas te
netis. Sed & om̄s iudei qui erant
in moab. & in filiis amón. & in
ydumea. & in uniu̅sis regionib;
audito qđ dedisset rex babylonis
reliquias in iudéa. & qđ ꝑposuis
set sup eos godoliam filiū aichám.
filii saphán. reu̅si sunt inquam
om̄s iudei de uniu̅sis locis ad quę
pfugerant. & uenerunt in t̄ram
iuda ad godoliam in masphát.
& collegerunt uinū & messem
multā nimis. Iohannán aut̄ filiꝰ
charee. & om̄s pncipes exercit̄ qui
dispsi erant in regionib; uenert̄
ad godoliam in masphát. & dixe
runt ei. Scito quia baalis rex fi
lioꝝ amón. misit ismahel filiū
nathanię pcutere animā tuā. Et
n̄ credidit eis godolias filius aichā.
Iohannán ū filius charee. dixit
ad godoliam seorsum in masphát.
loquens. Ibo. & pcutiam ismahel
filiū nathanię nullo sciente. ne
forte interficiat animā tuā. & dis
sipentur om̄s iudei qui congrega
ti sunt ad te. & pibunt reliquię
iuda. Et ait godolias filius aichā.
ad iohannán filiū charee. Noli
facere ūbum hoc. falsum enī tu
loqueris de ismahele.
XLI E t factum ē in mense septimo.
uenit ismahel filius nathanię fi
lii elisamā de semine regali. & op
timates regis. & decē uiri cum eo

ad godoliam filiū aichám in mas
phát: & comederunt ibi panes
simul in masphát. Surrexit aūt
ismahél filius nathanię. & decē
uiri qui erant cum eo: & pcusse
runt godoliam filiū aichám. filiū
saphán gladio. & interfecerunt eū:
quē pfecerat rex babylonis t̃re.
Omis quoq; iudéos qui erant cū
godolia in masphát. & chaldéos
qui repti sunt ibi. & uiros bella
tores: pcussit ismahél. Scđo aūt
die postquā occiderat godoliam
nullo adhuc sciente: uenerūt uiri
de sýchém. & de sýló. & de sama
riá. octoginta uiri rasi bárbam.
& scissis uestib; & squalentes: mu
nera & thus habebant in manib;
ut offerrent in domo dnī. Egres
sus aūt ismahél filius nathanię
in occursum eoꝝ de masphát: in
cedens & plorans ibat. Cum aūt
occurrisset eis: dixit ad eos. Ue
nite ad godoliam filiū aichám.
Qui cum uenissent ad mediū ci
uitatis: interfecit eos ismahél filius
nathanię circa mediū lacus. ipse
& uiri qui erant cum eo. Decē
aūt uiri repti sunt int̃ eos qui
dixerunt ad ismahél. Noli occide
re nos: quia habemus thesauros
in agro frumenti & ordei & olei & mellis.
Et cessauit: & nō interfecit eos cū
fratrib; suis. Lacus aūt in quē p
iecerat ismahél omia cadauia ui
roꝝ quos pcussit ppt̃ godoliam:
ipse ē quē fecit rex asá. ppt̃ baasá
regem isrt̃. Ipsum repleuit isma
hél filius nathanię occisis. Et cap
tiuas duxit ismahél oms reliqui
as ppli qui erāt in masphát. filias
regis. & uniūsum pplm qui reman
serat in masphát: quos cōmdaue
rat nabuzardán pnceps militię
godolię filio aichám. Et cepit e
os ismahél filius nathanię: & abiīt
ut transiret ad filios amón. Audi
uit aūt iohannán filius charę.
& omis pncipes bellatoꝝ qui erāt
cum eo omē malū qđ fecerat is
mahél filius nathanię: & assump
tis uniūsis uiris pfecti sunt ut
bellarent adūsum ismahél filiū
nathanię: & inuenerūt eum ad a
quas multas quę sunt in gaba
ón. Cumq; uidisset omis ppls q
erat cum ismahél iohannán filiū
charę. & uniūsos pncipes bella
toꝝ qui erant cum eo: lętati sunt.
Et reūsus ē omis ppls quē cepat
ismahél in masphát. Reūsusq;
abiīt ad iohannán filiū charę:
ismahél aūt filius nathanię fu
git cum octo uiris a facie
iohannán. & abiīt ad filios a
món. Tulit ergo iohannán filius cha
rę. & omis pncipes bellatoꝝ qui
erant cum eo uniūsas reliquias
uulgi quas reduxerant ab isma
hél filio nathanię de masphát.
postquā pcussit godoliam filium
aichám fortes uiros ad pliū. &

mulieres & pueros. & eunuchos
quos reduxerat de gabaon. & abie-
runt. & sederunt peregrinantes in
chamaam que est iuxta bethleem.
ut pergerent. & introirent egyptum
a facie chaldeorum. Timebant enim
eos. quia percusserat ismahel filius
nathanie. godoliam filium aicham.
quem preposuerat rex babylonis in
XLII terra iuda. Et accesserunt omnes prin-
cipes bellatorum. & iohannan filius
caree. & iezonias filius osee. & re-
liquum uulgus a paruo usque ad
maximum. dixeruntque ad ihere-
miam prophetam. Cadat oratio nostra
in conspectu tuo. & ora pro nobis ad
dominum deum tuum. pro uniuersis reliqui-
is istis. quia derelicti sumus pau-
ci de pluribus sicut oculi tui nos
intuentur. & annunciet nobis do-
minus deus tuus uiam per quam pergamus.
& uerbum quod faciamus. Dixit autem
ad eos ihieremias propheta. Audiui.
Ecce ego oro ad dominum deum uestrum.
secundum uerba uestra. Omne uerbum quodcumque
responderit michi indicabo uobis. nec ce-
labo uos quicquam. Et illi dixerunt
ad ihieremiam. Sit dominus inter [illegible]
nos testis ueritatis & fidei. si non [illegible]
iuxta omne uerbum in quo miserit
te dominus deus tuus ad nos. sic faciemus.
siue bonum est. siue malum. Uoci domini
dei nostri ad quem mittimus te obedie-
mus. ut bene sit nobis cum audie-
rimus uocem domini dei nostri. Cum autem
completi essent decem dies. factum est
uerbum domini ad ihieremiam. Uoca-
uitque iohannan filium caree. et
omnes principes bellatorum qui erant
cum eo. & uniuersum populum a mi-
nimo usque ad magnum. & dixit ad
eos. Hec dicit dominus deus israhel. ad quem
misistis me ut prosternerem preces uestras
in conspectu eius. Si quiescentes
manseritis in terra hac. edificabo
uos & non destruam. plantabo. &
non euellam. Iam enim placatus sum
super malo quod feci uobis. Nolite ti-
mere a facie regis babylonis. quem
uos pauidi formidatis. Nolite
eum metuere dicit quia dominus uo-
biscum ego sum ut saluos faciam
uos. & eruam uos de manu eius. &
dabo uobis misericordiam. & miserebor
uestri. & habitare uos faciam in terra
uestra. Si autem dixeritis non habita-
bimus in terra ista. nec audiemus
uocem domini nostri dicentes. nequaquam.
sed ad terram egypti pergemus. ubi
non uidebimus bellum. & clangorem
tube non audiemus. & famem non sustine-
bimus. & ibi habitabimus. propter hoc
audite uerbum domini reliquie iuda.
Hec dicit dominus exercituum deus israhel.
Si posueritis faciem uestram ut ingre-
diamini egyptum. & intraueritis ut
ibi habitetis. gladius quem uos for-
midatis ibi comprehendet uos in ter-
ra egypti. & fames pro qua estis sol-
liciti adherebit uobis in egypto.
& ibi moriemini. Omnesque uiri qui po-
suerunt faciem suam ut ingrediantur

egyptum. & habitent ibi: mori-
entur gladio. & fame. & peste.
Nullus de eis remanebit: nec effu-
gient a facie mali qd ego afferam
sup eos. Quia hec dicit dns exer-
cituum. ds isrl. Sicut conflatus
e furor mis & indignatio mea sup
habitatores ihrlm: sic conflabitur
indignatio mea sup uos. cum in-
gressi fueritis egyptum: & eritis
in iusiurandu. & in stupore. & in
maledictum. & in obprobrium: & ne-
quaquam ultra uidebitis locu istum.
Verbum dni sup uos
reliquie iuda. Nolite intrare egyp-
tum. Scientes scietis quia obtesta-
tus sum uob hodie: quia decepis-
tis animas uras. Vos enim misistis
me ad dnm dm nrm dicentes.
Ora p nob ad dnm dm nrm: et
iuxta omia quecumq; dixerit tibi do-
minus ds nr: sic annuncia nob. &
faciemus. Et annunciaui uobis
hodie: & n audistis uoce dni dei
uri: sup uniuersis p quib; misit
me ad uos. Nunc g scientes scietis.
quia gladio. & fame. & peste mo-
riemini in loco ad que uoluistis
intrare: ut habitaretis ibi.
XLIII Factum e aut cum complesset
ihieremias loquens ad pplm uniuer-
sos sermones dni di eorum. p quib;
miserat eum dns ds eorum. ad eos
omia uba hec: dixit azarias filius
osaie. & iohannan filius caree. &
omis uiri supbi. dicentes ad ihe-
remiam. Mendaciu tu loque-
ris. Non misit te dns ds nr di-
cens. ne ingrediamini egyptu.
ut habitatis illuc: sed baruch fi-
lius nerie incitat aduersum nos.
ut tradat nos in manus chaldeorum.
& interficiat nos. & transduci faci-
at in babylone. Et n audiuit
iohannan filius caree. & omis prin-
cipes bellatorum. & uniuersus ppls uo-
cem dni. ut maneret in tra iuda:
sed tollens iohannan filius caree
& uniuersi principes bellatorum uniuer-
sos reliquiarum iuda. qui reuersi fue-
rant de cunctis gentib; ad quas
ante dispsi fuerant. ut habitarent
in tra iuda. uiros & mulieres. par-
uulos & filias regis. & omne ani-
ma qua reliquerat nabuzardan
princeps militie cum godolia filio
aicham filii saphan. & ihieremia
pphetam. & baruch filiu nerie: et
ingressi sunt tram egypti. quia
n obedierunt uoci dni: & uene-
runt usq; ad taphnis. Et factus
e sermo dni ad ihieremia in taph-
nis. dicens. Sume in manu tua
lapides grandes: & abscondes eos
in crypta que e sub muro latericio
in porta domus pharaonis in taph-
nis. cernentib; uiris iudeis: & di-
ces ad eos. Hec dicit dns exercitu-
um: ds isrl. Ecce ego mittam &
assumam nabuchodonosor rege
babylonis seruu meu: & ponam
thronu ei sup lapides istos quos

abscondi. & statuet solium suum
super eos. ueniensque percutiet terram
egypti. Quos in morte in mor-
tem. & quos in captiuitate in cap-
tiuitatem. & quos in gladio in gla-
dio in gladium. & succendet ig-
nem in delubris deorum egypti. &
comburet ea. & captiuos ducet
illos. & amicietur terra egypti. sicut
amicitur pastor pallio suo. & egre-
dietur inde in pace. & conteret
statuas domus solis. que sunt in
terra egypti. & delubra deorum egyp-
ti comburet igni.
XL IIII Verbum quod factum est ad ihere-
miam ad omnes iudeos qui habi-
tant in terra egypti. habitantes
in magdalo. & in taphnis & in
menphis. & in terra phatures. dicens.
Hec dicit dominus exercituum deus israel.
Uos uidistis omne malum istud quod
adduxi super ierusalem. & super omnes
urbes iuda. Et ecce sunt deserte
hodie. & non est in eis habitator propter
maliciam quam fecerunt. ut me ad
iracundiam prouocarent. & irent ut
sacrificarent. & colerent deos alienos
quos nesciebant illi. & uos. & pa-
tres uestri. Et misi ad uos omnes ser-
uos meos prophetas de nocte consur-
gens. mittensque & dicens. Nolite
facere uerbum abhominationis hu-
iuscemodi. Et non audierunt. nec
inclinauerunt aurem suam. ut conuer-
terentur a malis suis. & non sacrifi-
carent diis alienis. Et conflata
est indignatio mea. & furor meus. &
succensa est in ciuitatibus iuda. &
in plateis ierusalem. & uerse sunt in
solitudinem & uastitatem. secundum diem
hanc. Et nunc hec dicit dominus exer-
cituum deus israel. Quare uos faci-
tis malum grande hoc contra animas
uestras. ut intereat ex uobis uir & mu-
lier. paruulus & lactens de medio
iude. nec relinquatur uobis quicquam
residuum. prouocantes me in operibus
manuum uestrarum sacrificando diis alie-
nis. in terra egypti in quam ingressi
estis ut habitetis ibi. & dispereatis.
& sitis in maledictionem. & in obpro-
brium cunctis gentibus terre. Num-
quid obliti estis mala patrum uestrorum
& mala regum iuda. & mala u-
xorum eius. & mala uestra. & mala uxorum
uestrarum que fecerunt in terra iuda.
& in regionibus ierusalem. Non sunt
mundati usque ad diem hanc. & non
timuerunt. & non ambulauerunt in le-
ge domini. & in preceptis meis que de-
di coram uobis. & coram patribus uestris.
Ideo hec dicit dominus exercituum deus
israel. Ecce ego ponam faciem meam
in uobis in malum. & disperdam omnem
iudam. & assumam reliquias iude.
qui posuerunt facies suas ut in-
grederentur terram egypti. & habi-
tarent ibi. Et consumentur omnes
in terra egypti. cadent in gladio.
& in fame consumentur. a mini-
mo usque ad maximum. In gladio
& in fame morientur. & erunt

in iusiurandū. & in miraclm̄. &
in maledictionē. & in obprbrium.
Et uisitabo habitatores ťre egyp
ti. sicut uisitaui super ihrlm. in gla
dio. & in fame. & in peste: & ñ
erit qui effugiat. & sit residuus
de reliquiis iudeo⁊ qui uadunt
ut peregrinentur in ťram egypti. &
reuertantur in ťram iuda. ad quā
ipsi eleuant animas suas ut reuer
tantur. & habitent ibi. Non re
uertentur: nisi qui fugerint. Res
ponderunt autē iheremie omňs
uiri. scientes qđ sacrificarent uxo
res eo⁊ diis alienis. & uniuerse mu
lieres. qua⁊ stabat multitudo
grandis. & omňs pplš habitantiū
in ťra egypti. in phatures dicens.
Sermonē quē locutus es ad nos
in nomine dñi ñ audiem⁹ ex te:
sed facientes faciem⁹ omne ūbum
qđ egredietur de ore nro: ut sacrifice
mus regine celi. & libemus ei liba
mina sicut fecimus nos & patres
nri. reges nri. & principes nri in
urbib; iuda. & in plateis ihrlm:
& saturati sumus panib; & bene
nob erat: malumq; ñ uidimus.
Ex eo autē qđ cessauimus sacrifica
re regine celi. & libare ei libamina:
indigemus omib; & gladio & fa
me consumpti sum⁹. Qđ si nos
sacrificamus regine celi. & libam⁹ ei
libamina: numqđ sine uiris nris fe
cim⁹ ei placentas ad colendū ⁊ libā
dū ei libamina? Et dix̄ iheremi

as ad omnē pplm aduersum uiros.
& aduersum mulieres: & aduersum
uniuersam plebem qui responderāt
ei ūbum: dicens. Numqđ ñ sacrifi
cium qđ sacrificastis in ciuitatib;
iuda. & in plateis ihrlm. uos & pa
tres uri. reges uri. & principes uri.
& populus ťre. hor⁊ recordatus ē dñs.
& ascendit sup cor ei⁹? & ñ poterat
dñs ultra portare ppť maliciā stu
dio⁊ uro⁊. & ppť abhominatio
nes quas fecistis? & facta ē ťra urā
in dessolationē. & in stuporē. et
in maledictū. eo qđ ñ sit habita
tor sicut ē dies hec. Propťea qđ
sacrificaueritis ydolis. & peccaueritis do
mino. & ñ audieritis uocē dñi.
& in lege. & in preceptis. & in testi
moniis ei⁹ ñ ambulaueritis: iccirco
euenerunt uob mala hec. sicut
& die hac. Dixit autē iheremias
ad omnē pplm: & ad uniuersas mu
lieres. Audite ūbum dñi omňs iu
da. qui estis in ťra egypti. Hec
inquit dñs exercituū ds isrl di
cens. Uos & uxores urē locute
estis ore uro: & manib; uris im
plestis dicentes. Faciamus uota
nra que uouim⁹. ut sacrificemus re
gine celi: & libemus ei libamina.
Implestis uota urā: & ope perpetras
tis ea. Ido audite ūbum dñi omňs
iuda: qui habitatis in ťra egyp
ti. Ecce ego iuraui in nomine
meo magno ait dñs: quia nequa
quā ultra nomē meū uocabitur ex

ore omnis uiri iudei dicentis.
uiuit dominus deus in omni terra egypti. Ec-
ce ego uigilabo super eos in ma-
lum. et non in bonum. et consumentur
omnes uiri iuda qui sunt in terra
egypti gladio et fame. donec pe-
nitus consumantur. Et qui fuge-
rint gladium reuertentur de terra e-
gypti in terram iuda uiri pauci.
et scient omnes reliquie iuda ingre-
dientium terram egypti ut habita-
rent ibi. cuius sermo impleatur.
meus. an illorum. Et hoc uobis signum
ait dominus. quod uisitem ego super uos
in loco isto. ut sciatis quia uere
complebuntur sermones mei. contra
uos in malum. Hec dicit dominus. Ec-
ce ego tradam pharaonem ephree
regem egypti. in manu inimicorum
eius. et in manu querentium animam
illius. sicut tradidi sedechiam re-
gem iuda in manu nabuchodo-
nosor regis babylonis inimici sui.
et querentis animam eius.

XLV

Uerbum quod locutus est ihere-
mias propheta ad baruch filium nerie.
cum scripsisset uerba hec in libro ex
ore iheremie. anno quarto ioa-
chim filii iosie regis iuda. dicens.
Hec dicit deus israhel ad te baruch.
Dixisti. Ue misero mihi. quoniam addi-
dit dominus dolorem dolori meo. Labo-
raui in gemitu meo. et requiem non
inueni. Hec dices ad eum. Sic di-
cit dominus. Ecce quos edificaui ego
destruo. et quos plantaui ego e-
uello. et uniuersam terram hanc. et tu que-
ris tibi grandia. Noli querere quia ecce ego ad-
ducam malum super omnem carnem
ait dominus. et dabo tibi animam tuam in
salutem in omnibus locis ad quecumque
perrexeris.

XLVI

Quod factum est uerbum domini ad iheremiam prophetam con-
tra gentes ad egyptum aduersum exer-
citum pharaonis nechao regis
egypti. qui erat iuxta fluuium eu-
phraten in carcamis. quem percussit
nabuchodonosor rex babylonis
in quarto anno ioachim filii
iosie regis iuda. Preparate scu-
tum et clipeum. et procedite ad bel-
lum. Iungite equos. et ascendite
equites. State in galeis. polite lan-
ceas. induite uos loricis. Quid igitur.
Uidi ipsos pauidos. et terga uerten-
tes. fortes eorum cesos. et fugerunt
concito. nec respexerunt. Terror un-
dique ait dominus. Non fugiat uelox.
nec saluari se putet fortis. ad a-
quilonem iuxta flumen euphraten
uicti sunt. et ruerunt. Quis est
iste qui quasi flumen ascendit. et
ueluti fluuiorum intumescunt gur-
gites eius. Egyptus fluminis instar
ascendet. et uelut flumina mouebuntur
fluctus eius. et dicet. Ascendens ope-
riam terram. perdam ciuitatem et ha-
bitatores eius. Ascendite equos.
Et in curribus exultate. et pro-
cedant fortes. ethyopia et lybies
tenentes scutum. et lydii arripien-
tes. et iacientes sagittas. Dies autem

ille domini dī exercituū dies
ultionis: ut sumat uindictā de
inimicis suis. Deuorabit gladius
et saturabit̄: et inebriabit̄ sang
ne eoꝝ. Uictima enim dn̄i exer
cituum in t̄ra aquilonis: iuxta
flum̄ euphratē. Ascende in ga
laad: et tolle resinā uirgo filia
egypti. Frustra multiplicas me
dicamina: sanitas n̄ erit t̄. Au
dierunt gentes ignominiā tuā:
et ululatus tuus repleuit t̄ram:
quia fortis impegit in fortē: am
bo parit̄ conciderunt.

Uerbum qđ locutus ē dn̄s ad
ieremiā ꝓpħam: eo qđ uentur
eēt nabuchodonosor rex babylo
nis. et ꝑcussur̄ t̄ram egypti. An
nunciate egypto: et auditū faci
te magdalo: et resonet in men
phis. et in taphnis dicite. Sta. et
ꝑpara te: quia deuorabit gladi
us ea. que ꝑ circuitū tuū sunt.
Quare computruit fortis tuus:
Non stetit. qm̄ dn̄s subūtit eū:
multiplicauit ruentes: cecidit q;
uir ad ꝓximū suū. et dicent.
Surge. et reūtamur ad ꝓplm̄ nr̄m.
et ad t̄ram natiuitatis nr̄e: a fa
cie gladii columbe. Uocate nom̄
pharao regis egypti. Tumultū
adduxit tempus. Uiuo ego in
quit rex. dn̄s exercituū nom̄ ei:
qm̄ sicut thabor in montib; et
sicut carmelus in mari ueniet.
Uasa transmigrationis fac̄ ha
bitatrix filia egypti: quia men
phis in solitudinē erit. et deseret̄.
et inhabitabit̄ erit. Uitula elegans.
atq; formosa egypt̄: stimulator
ab aquilone ueniet ei. Mercen
narii ei q; q usabant̄ in medio
ei. quasi uituli saginati uersi st̄
et fugerunt simul. nec stare po
tuerunt: quia dies interfectionis
eoꝝ ueniet sup eos. tempus uisi
tationis eoꝝ. Uox ei quasi eris
sonabit: qm̄ cum exercitu ꝑ
ꝑgabunt: et cum securib; uenient
ei. Quasi ligna cedentes succide
runt saltum ei ait dn̄s: quia sup
putari n̄ potest. Multiplicati st̄
sup locustas: et n̄ ē eis numerus.
Confusa ē filia egypti. et tradi
ta in manu ꝓpli aquilonis. Dixit
aut̄ dn̄s exercituū: ds̄ isrt̄. Ecce
ego uisitabo sup tumultū alexan
drie. et sup pharao. et sup egyp
tum. et sup dōs ei. et sup reges ei.
et sup pharao. et sup eos qui con
fidunt in eo: et dabo ego eos in
manu querentiū animā eoꝝ. et
in manu nabuchodonosor regis
babylonis. et in manū seruoꝝ ei:
et post hec habitabit̄ sicut a dieb;
ꝑstinis. ait dn̄s. Et tu ne timeas
serue mi iacob. et ne paueas isrt̄:
quia ecce ego saluū te faciam de
longinquo. et sem̄ tuū de t̄ra cap
tiuitatis sue. Et reūtetur iacob.
et quiescet. et ꝓsꝑabitur: et n̄ erit
qui exterreat eum. Et tu noli ti

meus serue mi iacob. ait dn̄s. q̄a
ego tecum sum: ait dn̄s. quia con
sumam ego cunctas gentes. ad q̄s
eieci te. Te u̇o n̄ consumam: sed cas
tigans castigabo te. in iudicio: nec
XLVII quasi innocenti parcam t̄. Q̄d
factum ē u̇bum dn̄i ad iheremi
am p̄pham cont̄ palestinos: ante
quam pcuteret pharao gazam.
Hec dicit dn̄s. Ecce aque ascen
dunt ab aquilone: & erunt q̄si
torrens inundans: & operient t̄ram
& plenitudinē ei': urbem & habi
tatores ei'. Clamabūt hōies. et ulu
labunt omēs. om̄s habitator t̄re a
strepitu pompe armatoꝝ & bella
toꝝ ei': a cōmotione quadrigaꝝ
ei'. & multitudine rotaꝝ illius.
Non respexer̄t patres filios. ma
nib; dissolutis p aduentu diei in q̄o
uastabunt̄ om̄s palestim: & dissi
pabitur tyrus. & sydon cum om
nib; reliquis auxiliis suis. Depo
pulatus ē enim dn̄s palestinos:
reliquias insule capadocie. Uenit
caluiciū sup gazam: conticuit as
chalon. & reliquie ualles eaꝝ. Usq;
quo concideris o muchro dn̄i:
Usq; quo n̄ quiesces: Ingredere
in uaginā tuā: refrigerare. & sile.
Quom̄ quiescet. cum dn̄s p̄cepit
ei adu̇sum aschalonē. & adu̇sus
maritimas ei' regiones: ibiq; con
XLVIII Hec di | dixerit illi: ad moab.
cit dn̄s exercituū: d̄s isrl̄. Ue sup
nabo: qm̄ uastata ē. & confusa.

Capta ē cariathiarim: confusa
ē fortis. & tremuit. Non ē ultra
exultatio in moab: cont̄ esebon
cogitau̇unt malū: uenite. & dis
pdamus eum de gente. Ergo si
lens conticesces: sequeturq; te gla
dius. Uox clamoris de oronaim:
uastitas & contritio magna. Con
trita ē moab: annunciate clamo
rem paruulis ei'. Per ascensum
enim luith plorans ascendet in
fletu: qm̄ in descensu oronaim
hostes ululatū contritionis audie
runt. Fugite. saluate animas uras:
& eritis quasi mirice in deserto.
Pro eo enim q̄d habuisti fiduci
am in munitionib; tuis. & in the
sauris tuis. tu quoq; capieris: &
ibit chamos in transmigrationē:
sacdotes ei'. & p̄ncipes ei' simul.
Et ueniet p̄do ad omnē urbē.
& urbs nulla saluabit̄: & pibunt
ualles. & dissipabunt̄ campestria:
qm̄ dixit dn̄s. Date florē moab:
quia florens egrediet̄: & ciuitates
eius deserte erunt. & inhabitabi
les. Maledict̄ qui facit opus dn̄i
fraudulent̄: & maledict̄ qui phi
bet gladiū suū a sanguine. Fertilis
fuit moab ab adolescentia sua. &
requieuit in fecib; suis: nec trans
culo metietur. et tu in terra polluta
morieris. et israel captiuus migra
bit de terra sua. Hec ostendit michi VIII
dominus. et ecce uncinum pomorum. Et dixit.
Quid tu uides amos. Et dixi. Unci
num pomorum. Et dixit dominus ad me.
Venit finis super populum meum israel. non
adiciam ultra ut pertranseam eum.
et stridebunt cardines templi in die
illa dicit dominus deus. Multi morientur.

in omni loco et proicient silentio.
Audite hec qui conteritis pauperem
et deficere facitis egenos terre dicen
tes. Quando transibit messis et ue
numdabimus merces et sabbatum et
aperiemus frumentum. ut imminuamus
mensuram et augeamus siclum et sup
ponamus stateras dolosas. ut possi
deamus in argento egenos et pau
peres pro calciamentis et quisquilias
frumenti uendamus. Iurauit dominus
in superbia iacob. si oblitus fuero
usque in finem omnia opera eorum. Num
quid super isto non commouebitur terra.
et lugebit omnis habitator eius et
ascendet quasi fluuius uniuersus.
et eicietur et defluet quasi riuus egyp
ti. Et erit in die illa dicit dominus
occidet sol meridie. et tenebrescere
re faciam terram in die luminis.
Et conuertam festiuitates uestras in
luctum et omnia cantica uestra in plan
ctum. Et inducam super omne dorsum
uestrum saccum et super omne caput cal
uitium. Et ponam eum quasi luctum
unigeniti et nouissima eius quasi
diem amarum. Ecce dies ueniunt
dicit dominus et emittam famem in ter
ra. non famem panis neque sitim a
que. sed audiendi uerbum domini.
Et commouebuntur a mari usque ad
mare et ab aquilone usque ad orien
tem circuibunt querentes uerbum
domini et non inuenient. In die illa
deficient uirgines pulchre et
adolescentes in siti. qui iurant in

IX
delicto samarie et dicunt. Viuit
deus tuus dan et uiuit uia
bersabee. et cadent et non resurgent
ultra. Vidi dominum stantem super al
tare et dixit. Percute cardinem
et commoueantur superliminaria. A
uaritia enim in capite omnium. et
nouissimum eorum gladio interficiam.
Non erit fuga eis. et fugiet et non
saluabitur ex eis qui fugerit. Si des
cenderint usque ad infernum inde
manus mea educet eos. et si ascende
rint usque in celum. inde detraham
eos. Et si absconditi fuerint in
uertice carmeli. inde scrutans au
feram eos. Et si celauerint ab o
culis meis in fundo maris. ibi
mandabo serpenti et mordebit
eos. Et si abierint in captiuita
tem coram inimicis suis. ibi manda
bo gladio et occidet eos. et ponam
oculos meos super eos in malum et
non in bonum. Et dominus deus exercituum
qui tangit terram. et tabescet. et lu
gebunt omnes habitantes in ea.
Et ascendet sicut riuus omnis. et
defluet sicut fluuius egypti.
Qui edificat in celo ascensionem
suam. et fasciculum suum super terram
fundauit. Qui uocat aquas ma
ris et effundet eas super faciem terre.
dominus nomen eius. Numquid non ut fi
lii ethiopum uos estis mihi filii israel.
ait dominus. Numquid non israel ascendere
feci de terra egypti et palestinos
de capadocia et syros de cyrene.

Ecce oculi dñi dĩ sup regnũ pec
cans. & conteram illud a facie ter
re. Uerumtamen conterens ñ conte
ram domũ iacob. dicit dñs. Ecce
enim ego mandabo. & concutiã
in omnib; gentib; domum isrl. si
cut concutit̃ in cribro. & ñ cadet
lapillus sup t̃ram. In gladio mo
rientur om̃s peccatores p̃pli mei.
q̃ dicunt ñ appropinq̃bit. & ñ ue
niet sup nos malũ. In die illo
suscitabo tab̃naculum dauid q̃d
cecidit et reedificabo apturas mu
rorũ eius. et ea que corruerant in
staurabo. & reedificabo eũ sicut
dieb; antiq̃s. ut possideant reliq
as idumee. & om̃s nationes. eo
q̃d inuocatũ sit nom̃ meũ sup
eos. dicit dñs faciens hec. Ecce
dies ueniunt dicit dñs. & cõpre
hendet arator messorẽ & calcator
uue mittentẽ semẽ. & stillabũt
montes dulcedinẽ. & om̃s colles
culti erunt. Et conũtam capti
uitatẽ p̃pli mei isrl. & edificabũt
ciuitates desertas. & habitabunt.
Et plantabunt uineas & bibent
uinum earũ. & facient ortos. et
comedent fructus eorũ. Et plan
tabo eos sup humũ suam. & ñ
euellam eos ultra de t̃ra sua quã
dedi eis. dicit dñs dñs tuus.

Explicit amos propheta.
Incipit abdias p̃pha.

Visio abdie. Hec
dicit dñs dñs ad
edom. Auditũ
audiuim᷒ a dño.
& legatũ ad gen
tes misit. Surgi
te. & consurga
mus adũsum eũ in p̃liũ. Ecce
paruulũ dedi te in gentib;. con
teptibilis tu es ualde. Sup̃bia cor
dis tui extulit te habitantẽ in scis
suris petre exaltantẽ soliũ tuum.
q̃ dicis in corde tuo. Quis detrahet
me in t̃ram. Si exaltatus fueris
ut aq̃la. & si inter sydera posueris
nidum tuũ. inde detraham te
dicit dñs. Si fures introissent
ad te si latrones p noctem. quom̃
conticuisses. Nonne furati essent
sufficientia sibi. Si uindemiato
res introissent ad te. numq̃d saltẽ
racemos reliquissent t̃. Quomodo
scrutati sunt esau. inuestigauerũt
abscondita eius. usq; ad t̃minũ. emi
serunt te om̃s uiri federis tui.
illuserunt t̃ inualuerũt aduer
sum te uiri pacis tue. Qui come
dunt tecũ ponent insidias subt̃
te. ñ est prudentia in eo. Numq̃d
ñ in die illa dicit dñs pdam sa
pientes de idumea. & prudentiã
de monte esau. Et timebunt for
tes tui a meridie. ut intereat
uir de monte esau. p̃pt interfectio
nẽ & p̃pt iniq̃tatẽ in fratrẽ tuũ
iacob. Operiet te confusio. & peribis

inetuum. In die cum stares aduersus eum. quando capiebant alieni exercitum eius. et extranei ingrediebantur portas eius. et super ierusalem mittebant sortem. tu quoque eras quasi unus ex eis. et non despicies in die fratris tui in die peregrinationis eius. et non letaberis super filios iuda in die perditionis eorum. et non magnificabis os tuum in die angustie. neque ingredieris portam populi mei in die ruine eorum. neque despicies et tu in malis eius in die uastitatis illius. et non emitteris aduersum exercitum eius in die uastitatis illius. neque stabis in exitibus ut interficias eos qui fugerint. et non concludes reliquos eius in die tribulationis. quoniam iuxta est dies domini super omnes gentes. Sicut fecisti. fiet tibi. Retributionem tuam conuertet in caput tuum. Quomodo enim bibisti super montem sanctum meum. bibent omnes gentes iugiter. et bibent et absorbent et erunt quasi non sint. Et in monte sion erit saluatio. et erit sanctus. et possidebit domus iacob eos qui se possederant. Et erit domus iacob ignis. et domus ioseph flamma. et domus esau stipula. Et succendentur in eis et deuorabunt eos. et non erunt reliquie domus esau. quia dominus locutus est. Et hereditabunt hi qui ad austrum montem esau. et qui in campestribus philistym. et possidebunt regionem ephraim. et regionem samarie. Et beniamin possidebit galaad. et transmigratio exercitus huius filiorum israhel omnia chananeorum usque ad sareptam. et transmigratio hierusalem que in bosforo est possidebit ciuitates austri. Et ascendent saluatores in montem syon iudicare montem esau. et erit domino regnum.

Explicit abdias propheta. Incipit ionas propheta.

Et factum est uerbum domini ad ionam filium amathi dicens. Surge uade in niniuen ciuitatem grandem. et predica in ea. quia ascendit clamor malitie eius coram me. Et surrexit ionas ut fugeret in tharsis. a facie domini. Et descendit ioppen et inuenit nauem euntem in tharsis. et dedit naulum eius. et descendit in eam. ut iret cum eis in tharsis. a facie domini. Dominus autem misit uentum magnum in mare. et facta est tempestas magna in mari. et nauis periclitabatur conteri. Et timuerunt naute. et clamauerunt uiri ad deum suum. et miserunt uasa que erant in naui in mare. ut alleuaretur ab eis. Et ionas descendit ad inferiora nauis. et dormiebat sopore graui. Et accessit ad eum gubernator. et dixit ei. Quid tu sopore deprimeris. Surge inuoca deum tuum. si forte recogitet deus de nobis. et non pereamus.

Et dixit uir ad collegam suum. Veni
te mittamus sortes. et sciamus quare hoc
malum sit nobis. Et miserunt sortes.
et cecidit sors super ionam. Et dixe
runt ad eum. Indica nobis. cuius
causa istud malum sit nobis. Quod
est opus tuum. et que terra tua. et quo
uadis. uel ex quo populo es tu. Et dixit
ad eos. Hebreus ego sum. et dominum
deum celi ego timeo qui fecit mare
et aridam. Et timuerunt uiri ti
more magno. et dixerunt ad eum.
Quid hoc fecisti. Cognouerant e
nim uiri quod a facie domini fugeret.
quia indicauerat eis. Et dixerunt
ad eum. Quid faciemus tibi. et cessabit
mare a nobis. Quia mare ibat
et intumescebat. Et dixit ad eos.
Tollite me et mittite in mare. et
cessabit mare a uobis. Scio enim e
go. quoniam propter me tempestas hec gran
dis super uos. Et remigabant uiri
ut reuerterentur ad aridam. et non ua
lebant. quia mare ibat et intumesce
bat super eos. Et clamauerunt ad dominum.
et dixerunt. Quesumus domine ne pe
reamus in anima uiri istius. et ne
des super nos sanguinem innocentem.
quia tu domine sicut uoluisti fecisti.
Et tulerunt ionam et miserunt in ma
re. et stetit mare a feruore suo. Et
timuerunt uiri timore magno do
minum. et immolauerunt hostias domino.
et uouerunt uota. Et preparauit II
dominus piscem grandem. ut degluti
ret ionam. Et erat ionas in uentre
piscis tribus diebus et tribus noctibus. Et
orauit ionas ad dominum deum suum de
utero piscis. et dixit. Clamaui de
tribulatione mea ad dominum. et exau
diuit me. De uentre inferi cla
maui. et exaudisti uocem meam. et pro
iecisti me in profundum in corde ma
ris. et flumen circumdedit me. Omnes
gurgites tui. et fluctus tui super
me transierunt. Et ego dixi. Abiec
tus sum a conspectu oculorum tuorum.
Veruntamen rursum uidebo templum
sanctum tuum. Circumdederunt me aque
usque ad animam. abyssus uallauit
me. pelagus operuit caput meum.
Ad extrema montium descendi. terre
uectes concluserunt me in eternum.
et subleuabis de corruptione uitam
meam domine deus meus. Cum angustia
retur in me anima mea. domini re
cordatus sum. ut ueniat ad te o
ratio mea ad templum sanctum tuum.
Qui custodiunt uanitates frustra
misericordiam suam derelinquent.
Ego autem in uoce laudis immola
bo tibi. Quecumque uoui reddam pro salute
domino. Et dixit dominus pisci. et euomu
it ionam in aridam. Et factum est uer III
bum domini ad ionam secundo. dicens.
Surge uade ad niniuen ciuitatem
magnam. et predica in ea predicationem
quam ego loquor ad te. Et surrexit
ionas et abiit in niniuen iuxta
uerbum domini. Et niniue erat ciui
tas magna itinere dierum trium.
Et cepit ionas introire in ciuitatem

itinere diei unius. et clamauit
et dixit. Ad huc quadraginta di
es. et niniue subuertetur. Et credi
derunt uiri niniuite in dño. et
pdicauerunt ieiuniũ. et uestiti
sunt saccis a maiore usq; ad mi
nore. Et puenit uerbũ ad regem
niniue. et surrexit de solio suo. et
abiecit uestimentum suũ a se. et in
dutus ē sacco. et sedit in cinere. et
clamauit et dixit. In niniue ex
ore regis et pncipum eī dicēs. Ho
mines et iumta et oues et pecora
ñ gustent quicq̃m. nec pascant.
et aquã ñ bibant. Et opiant sac
cis homines et iumta. et clamẽt
ad dñm dñi in fortitudine. Et cõ
ūtatur uir a uia sua mala. et ab
iniqtate que ē in manib; eoꝝ. Qs
scit si conūtatur et ignoscat ds.
et reūtatur a furore ire sue et ñ
pibimus. Et uidit ds opa eoꝝ qa
conūsi sunt de uia sua mala. et
misertus ē ꝑplo suo dñs ds nr. su
p malitia quam locutus fuerat
IIII ut faceret eis. et ñ fecit. Et afflic
tus ē ionas afflictione magna
et iratus ē. et orauit ad dñm et
dixit. Obsecro dñe. numqd ñ hoc
ē ūbum meũ cum adhuc essem
in tra mea. Propt hoc pocccupaui
ut fugerem in tharsis. Scio enĩ
qa tu ds clemens et misericors es.
patiẽs et multe miseratiõis et ignos
cens sup malitiam. Et nc dñe
tolle queso animã meã a me. qa
melior ē m mors quã uita. Et dix
dñs. Putas ne bene irasceris tu.
Et egssus ē ionas de ciuitate et
sedit contra orientẽ ciuitatis. et
fecit sibimet ibi obumbraculũ.
et sedebat subt illud in umbra.
donec uideret qd accideret ciui
tati. Et pparauit dñs ds hederã
et ascendit sup caput ione. ut eēt
umbra sup caput eius. et ptege
ret eum. Laborauerat enĩ. Et le
tatus ē ionas sup hedera leticia
magna. Et pparauit ds ūmem
ascensu diluculi in crastinũ. et p
cussit hederam. et exaruit. Et cũ
ortus fuisset sol. pcepit dñs uen
to calido et urenti. Et pcussit
sol sup caput ione et estuabat.
Et petiuit animę sue ut more
retur. et dixit. Melius ē m morẽ
quã uiuere. Et dix dñs ad ionã.
Putas ne bene irasceris tu super
hedera. Et dixit Bene irascor ego
usq; ad mortẽ. Et dixit dñs. Tu
doles sup hedera in q ñ laborasti
neq; fecisti ut cresceret. que sub
una nocte nata ē. et sub una noc
te piit. et ego ñ parcam niniue
ciuitati magne. in qua st plus
quam centum uiginti milia ho
minũ. q nesciunt qd sit inter dex
teram et sinistrã suam. et iumta
multa. Explicit ionas pħa.
Incipit micheas pħa.

VERBUM DOMINI
quod factum est ad
micheam mora-
sthiten in diebus io-
athan achaz eze-
chie regum iuda. quod
uidit super samariam
et ierusalem. Audite populi
omnes. et attendat terra et
plenitudo eius. et sit dominus deus uobis
in testem. Dominus de templo sancto suo. quia
ecce dominus egredietur de loco suo. et
descendet et calcabit super excelsa terre.
et consumentur montes subtus eum et ualles
scindentur. sicut cera a facie ig-
nis. sicut aque que decurrunt
in preceps. In scelere iacob omne istud.
et in peccatis domus israel. Quod scelus
iacob? nonne samaria? et que excelsa
iude? nonne ierusalem? Et ponam sama-
riam quasi aceruum lapidum in agro
cum plantatur uinea. et detraham
in uallem lapides eius et fundamenta
eius reuelabo. Et omnia sculptilia
eius concidentur. et omnes mercedes
eius comburentur igni. Et omnia ido-
la eius ponam in perditionem. quia de
mercedibus meretricis congregata
sunt. et usque ad mercedem meretri-
cis reuertentur. Super hoc plangam
et ululabo. uadam spoliatus et nu-
dus. Faciam planctum uelut dra-
conum. et luctum quasi struthionum. quia
desperata est plaga eius. quia uenit us-
que ad iudam. tetigit portam populi mei
usque ad ierusalem. In geth nolite ad-
nuntiare. lacrimis ne ploretis. In
domo pulueris. puluere uos con-
spergite. et transite uobis habitatio
pulchra. et confusa ignominia. Non
est egressa que habitat in exitu. planc-
tum domus uicina accipiet ex uobis.
que stetit sibimet. quia infirmata est
in bonum que habitat in amaritu-
dinibus. quia descendit malum a domino
in porta ierusalem. Tumultus quadrige
stuporis habitanti lachis. principium
peccati est filie syon. quia in te inuen-
ta sunt scelera israel. Propterea dabit
emissarios super hereditatem geth. do-
mus mendacii in deceptionem regibus
israel. Adhuc heredem adducam tibi
que habitas in maresa. usque ad ol-
lam ueniet gloria israel. Decaluare et
tondere super filios deliciarum tuarum.
dilata caluitium tuum sicut aquila. quoniam
captiui ducti sunt ex te. Ve qui cogi- II
tatis inutile. et operamini malum in
cubilibus uestris. In luce matutina fa-
ciunt illud. quoniam contra dominum est manus
eorum. et concupierunt agros. et uiolen-
ter tulerunt. et domos rapuerunt. Et
calumpniabantur uirum. et domos eius.
uirum et hereditatem eius. Idcirco hec
dicit dominus. Ecce ego cogito super fa-
miliam istam malum unde non aufe-
retis colla uestra. et non ambulabitis
superbi. quoniam tempus pessimum est. In die
illa sumetur super uos parabola. et can-
tabitur canticum cum suauitate dicen-
tium. Depopulatione deuastati sumus.
pars populi mei commutata est. Quomodo

recedet a me. cum reuertatur qui re
giones nostras diuidat. Propter hoc
non erit tibi mittens funiculum sortis
in cetu domini. Ne loquamini loquentes.
non stillabit super istos. non comprehen
det confusio. dicit domus iacob. Numquid
adbreuiatus est spiritus domini. Aut
quales sunt cogitationes eius. Non
ne uerba bona sunt cum eo qui recte
graditur. Et e contrario populus
meus in aduersarium consurrexit. De
super tunicam pallium sustulistis. eos
qui simpliciter transibant conuertistis
in bellum. Mulieres populi mei eie
cistis de domo deliciarum suarum.
a paruulis earum tulistis laudem
meam in perpetuum. Surgite et ite.
quia non habetis hic requiem. Propter in
munditiam eius corrumpetur in pu
tredine pessima. Utinam non essem
uir habens spiritum. et mendacium po
tius loquerer. Stillabo tibi in uinum
et inebrietatem. et erit super quem stil
latur populus iste. Congregatione con
gregabo iacob totum te in unum
conducam reliquias israhel. Pariter po
nam illum quasi gregem in ouili. quasi
pecus in medio caularum tumul
tuabuntur a multitudine homi
num. Ascendet enim pandens iter
ante eos. diuident et transibunt
portam. et egredientur per eam. Et transi
bit rex eorum coram eis. et dominus in capi
III te eorum. Et dixi. Audite principes
iacob. et duces domus israhel. Numquid
non uestrum est scire iudicium. qui odio
habetis bonum. et diligitis malum. Qui
uiolenter tollitis pelles eorum de super eis
et carnem eorum de super ossibus eorum. Qui co
mederunt carnem populi mei. et pellem
eorum desuper excoriauerunt. et ossa eorum
confregerunt. et conciderunt sicut
in lebete. et quasi carnem in medio olle.
Tunc clamabunt ad dominum. et non exau
diet eos. et abscondet faciem suam
ab eis in tempore illo sicut nequiter
egerunt in adinuentionibus suis. Hec
dicit dominus super prophetas qui seducunt
populum meum. qui mordent dentibus
suis et predicant pacem. et si quis non dede
rit in ore eorum quippiam. sanctificant
super eum prelium. Propterea nox uo
bis pro uisione erit. et tenebre uobis
pro diuinatione. Et occumbet sol super
prophetas. et obtenebrabitur super eos dies.
et confundentur qui uident uisiones.
et confundentur diuini. et operient
uultus suos omnes. quia non est responsum
dei. Uerumtamen ego repletus sum for
titudine spiritus domini iudicio et uir
tute. ut annuntiem iacob scelus suum.
et israhel peccatum suum. Audite hec prin
cipes domus iacob. et iudices domus
israhel. qui abhominamini iudicium.
et omnia recta peruertitis. qui edificatis
syon in sanguinibus. et ierusalem in
iniquitate. Principes eius in muneribus
iudicabant. et sacerdotes eius in mer
cede docebant. et prophete eius in pecu
nia diuinabant. et super dominum re
quiescebant dicentes. Numquid non
dominus in medio nostrum. Non uenient

super nos mala? Propter hoc causa g
vestri syon quasi ager arabitur et ihe
rusalem quasi acervus lapidum erit
et mons templi in excelsa silvarum.
IIII Et erit in novissimo dierum erit
mons domus domini preparatus in vertice
montium et sublimis super colles et
fluent ad eum omnes populi. et properabunt
gentes multe et dicent Venite
ascendamus ad montem domini et ad do
mum dei iacob et docebit nos de vi
is suis et ibimus in semitis eius quia
de syon egredietur lex et verbum domini
de ierusalem. Et iudicabit inter populos
multos et corripiet gentes fortes
usque in longinquum. Et concident
gladios suos in vomeres et hastas
suas in ligones. Non sumet gens
adversus gentem gladium et non
discent ultra belligerare. Et se
debit vir subtus vineam suam. et
subtus ficum suam et non erit qui det
reat quia os domini exercituum locutum
est. Quia omnes populi ambulabunt
unusquisque in nomine dei sui nos autem
ambulabimus in nomine domini dei
nostri in eternum et ultra. In die illa
congregabo claudicantem dicit dominus
et eam quam eieceram colligam et quam
afflixeram. Et ponam claudicantem
in reliquias et eam que laborave
rat in gentem robustam. Et regna
bit dominus super eos in monte syon ex
hoc nunc et usque in eternum. Et tu
turris gregis nebulosa filia syon
usque ad te veniet et veniet potestas

prima regnum filie ierusalem. Nunc
quare merore contraheris? Num
quid rex non est tibi aut consiliarius tuus
periit quia comprehendit te dolor sicut
parturientem? Dole et satage filia sy
on quasi parturiens quia nunc egredieris
de civitate et habitabis in regione
et venies usque ad babylonem. Ibi li
beraberis ibi redimet te dominus de
manu inimicorum tuorum. Et nunc con
gregate sunt super te gentes multe
que dicunt lapidetur et aspiciat
in syon oculus noster. Ipsi autem non cogno
verunt cogitationes domini et non in
tellexerunt consilium eius quia con
gregavit eos sicut fenum aree. Sur
ge et tritura filia syon quia cornu
tuum ponam ferreum et ungulas tu
as ponam ereas. et comminues populos
multos et interficiam domino rapinas
eorum et fortitudinem eorum domino universe
V terre. Nunc vastaberis filia latronis
obsidionem posuerunt super nos. in
virga percutient maxillam iudicis
israel. Et tu bethleem ephrata par
vulus es in milibus iuda ex te mihi
egredietur qui sit dominator in israel et egres
sus eius ab initio a diebus eternitatis.
Propter hoc dabit eos usque ad tempus
in quo parturiens pariet. Reliquie
fratrum eius convertentur ad filios israel
et stabit et pascet in fortitudine
domini in sublimitate nominis domini
dei sui. Et convertentur quia nunc mag
nificabitur usque ad terminos terre
et erit iste pax. assyrius cum venerit

in terram nostram. & quando calcauerit
in domibus nostris. Et suscitabimus super
eum septem pastores. & octo prima
tes homines. & pascent terram assur
in gladio. & terram nembroth in lan
ceis eius. Et liberabit ab assur cum
uenerit in terram nostram. & cum calca
uerit in finibus nostris. Et erunt reli
quie iacob in medio populorum multorum
quasi ros a domino. & quasi stille super her
bam. que non expectat uirum. & non pres
tolatur filios hominum. Et erunt
reliquie iacob in gentibus in medio
populorum multorum. quasi leo in iumentis
siluarum. & quasi catulus leonis in
gregibus pecorum. Qui cum transierit
& conculcauerit & ceperit. non est qui
eruat. Et exaltabitur manus tua
super hostes tuos. & omnes inimici
tui interibunt. Et erit in die illa
dicit dominus. auferam equos tuos de
medio tui. & disperdam quadrigas
tuas. & perdam ciuitates terre tue. &
destruam omnes munitiones tuas.
& auferam maleficia de manu tua.
& diuinationes non erunt in te. Et
perire faciam sculptilia tua. & statuas
tuas de medio tui. & non adorabis
ultra opera manuum tuarum. Et euel
lam lucos tuos de medio tui. et
conteram ciuitates tuas. & faciam
in furore & in indignatione ulti
onem in omnibus gentibus que non audi
erunt. Audite que dominus loquitur.
VI Surge contende iudicio aduersus
montes. & audiant colles uocem
tuam. Audiant montes iudicium
domini. & fortia fundamenta terre. quia
iudicium domini cum populo suo. & cum
israel diiudicabitur. Populus meus quid
feci tibi. aut quid molestus fui tibi. res
ponde mihi. Quia eduxi te de terra egyp
ti. & de domo seruientium liberaui
te. & misi ante faciem tuam moysen.
& aaron & mariam. Populus meus me
mento queso quid cogitauerit balach
rex moab. & quid responderit ei ba
laam filius beor de sethim usque ad
galgalam. ut cognosceret iustici
as domini. Quid dignum offeram domino.
curuabo genua mea deo excelso.
Numquid offeram ei holocaustoma
ta. & uitulos anniculos. Numquid
placari potest dominus in milibus arie
tum. aut in multis milibus hyr
corum pinguium. Numquid dabo pri
mogenitum meum pro scelere meo.
fructum uentris mei pro peccato anime
mee. Indicabo tibi o homo quid sit bo
num. & quid dominus querat a te. Utique
facere iudicium. & diligere misericordiam.
& sollicitum ambulare cum deo tuo.
Uox domini ad ciuitatem clamat. &
salus erit timentibus nomen tuum. Au
dite tribus. & quis approbabit illud.
Adhuc ignis in domo impii thes
auri iniquitatis. & mensura minoris
ire plena. Numquid iustificabo sta
teram impiam. & sacelli pondera do
losa. in quibus diuites eius repleti sunt
iniquitate. Et habitantes in ea lo
quebantur mendatium. & lingua eorum

fraudulenta in ore eorum. Et ego ergo
cepi percutere te perditione super pecca
tis tuis. Tu comedes et non saturabe
ris. et humiliatio tua in medio tui.
et deprehendes et non saluabis. et quos
saluaueris in gladium dabo. Tu
seminabis et non metes. tu calcabis o
liuam et non ungueris oleo. Et mus
tum et non bibes uinum. Et custodisti
precepta amri. et omne opus domus
achab. et ambulasti in uoluptatibus
eorum. ut darem te in perditionem et omnes
habitantes in ea in sibilum. et obprobri
um populi mei portabitis. Ve mihi quia
VII factus sum. sicut qui colligit in au
tumno racemos uindemie. Non est
botrus ad comedendum. precoquas fi
cus desiderauit anima mea. Periit
sanctus de terra. et rectus in hominibus non est.
Omnes in sanguine insidiantur. uir
fratrem suum uenatur ad mortem. Malum
manuum suarum dicunt bonum.
Princeps postulat. et iudex in red
dendo est. et magnus locutus est deside
rium anime sue. et conturbauerunt
eam. Qui optimus in eis est quasi paliurus.
et qui rectus quasi spina de sepe. Dies
speculationis tue. uisitatio tua
uenit. nunc erit uastitas eorum.
Nolite credere amico. et nolite
confidere in duce. Ab ea que dor
mit in sinu tuo custodi claustra oris
tui. quia filius facit contumeliam
patri. Filia consurgit aduersus ma
trem suam. nurus aduersum socrum
suam. inimici hominis domestici
eius

Ego autem ad dominum aspiciam. expec
tabo deum saluatorem meum. audiet
me deus meus. Ne leteris inimica mea
super me quia cecidi. consurgam. Cum
sedero in tenebris. dominus lux mea
est. Iram domini portabo. quoniam peccaui ei.
donec iudicet causam meam et faciat
iudicium meum. Educet me in lucem.
uidebo iusticiam eius. et aspiciet me
inimica mea. et operietur confusio
ne que dicit ad me. ubi est dominus deus tuus.
Oculi mei uidebunt in eam. Nunc
erit in conculcatione ut lutum pla
tearum. dies. ut edificentur macerie
tue. in die illa. Longe fiet lex. in
die illa. et usque ad te ueniet assur.
et usque ad ciuitates munitas. et a
ciuitatibus munitis usque ad flumen.
et ad mare de mari. et ad montem
de monte. Et erit terra in desolationem
propter habitatores suos. et propter fructum
cogitationum eorum. Pasce populum tuum
in uirga tua. gregem hereditatis tue.
habitantes solos in saltu. in medio
carmeli. pascentur basan et galaad
iuxta dies antiquos. Secundum dies e
gressionis tue de terra egypti. osten
dam ei mirabilia. Videbunt gentes.
et confundentur super omni fortitudi
ne tua. Ponent manum super os. aures
eorum surde erunt. Lingent pulue
rem sicut serpens. uelut reptilia terre
perturbabuntur de edibus suis. Dominum
deum nostrum desiderabunt. et timebunt
te. Quis deus similis tui. qui aufers iniqui
tatem et transis peccatum reliquiarum here

ditatis tue. Non immittet ultra
furorē suum. qñ uolens misecdi
am ē. Reuertetur & miserebit nrī.
deponet iniqtates nrās. & piciet
in pfundum maris omīa pecca
nrā. Dabis ueritatē iacob. mise
ricordiā abrahā. que iurasti pa
trib; nrīs a dieb; antiquis. Ex
plicit micheas pħa. Incipit na
um pħa.

ONUS NINIVE.
Liber uisionis na
um helcesei.
Deus emulator et
ulciscens dns. Vl
ciscens dns. & habēs
furorē. Ulciscens dns in hostes su
os. & irascens ipse inimicis suis.
Dns patiens & magnꝰ fortitudine.
& mundans faciet innocentem.
Dns in tempestate & turbine uie
eiꝰ. & nebule puluis pedū eiꝰ. Incre
pans mare & exsiccans illud. et
omīa flumina ad desertū dedu
cens. Infirmatus ē basan & carme
lus. & flos libani elanguit. Mon
tes cōmoti sunt ab eo. & colles deso
lati sunt. & contremuit tra a facie
eiꝰ & orbis & omīs habitantes in eo.
Ante faciē indignationis eiꝰ quis
stabit. & qs resistet in ira furoris
eiꝰ. Indignatio eiꝰ effusa ē ut ig
nis. & petre dissolute sunt ab eo.
Bonꝰ dns & confortans in die tbu
lationis. & sciens spantes in se.
Et in diluuio ptereunte consū
mationē faciet loci eius. & inimi
cos eius psequentur tenebre. Quid
cogitatis contra dnm. Consūmati
onē ipse faciet. Non consurget
duplex tbulatio. qa sicut spine
se inuicē complectunt. sic conui
uiū eoꝝ pariť potantiū. Consu
mentur qsi stipula ariditate ple
na. Ex te exibit cogitans contra
dnm malitiā. mente puaricans p̄
uaricationē. Hec dicit dns. Si per
fecti fuerint & ita plures. sic qq;
attondent. & ptransibit. Afflixi
te & n̄ affligam te ultra. & nunc
conterā. uirgā eius de dorso tuo.
& uincula tua dirumpā. & p̄cipi
et sup te dns. Non seminabit ex
nomine tuo amplius. de domo
di tui intficiam. sculptile & con
flatile ponā sepulchrū tuū. qa
inhonoratus es. Ecce sup montes
pedes euangelizantis & annuntian
tis pacē. Celebra iuda festiuitates
tuas. & redde uota tua. qa n̄ adiți
et ultra ut ptranseat in te belial.
II uniusus interiyt. Ascendit q dis
pgat coram te. q custodit obsidi
onē. Contēplare uiā. conforta lū
bos. robora uirtutē ualde. qa red
didit dns supbiam iacob. sicut
supbiam isrl. qa uastatores dissi
pauerť eos. & ppagines eoꝝ corru
perunt. Clipeus fortiū eius igni
uiri exercitus in coccineis. Ignee
habene currus in die pparationis
eiꝰ & agitatores consopiti sunt in

itinerib;. Conturbate sunt quadri
ge. collise sunt in plateis. Aspectus
eorum quasi lampades. quasi fulgura
discurrentia. Recordabitur fortium
suorum. ruent in itinerib; suis. Velo
cit ascendent muros eius. et prepara
bitur umbraculum. Porte fluuiorum
apte sunt. et templum ad solum diru
tum. et miles captiuus abductus
est. et ancille eius minabantur gementes ut
columbe murmurantes in cordib;
suis. Et niniue quasi piscine aquarum
aque eius. ipsi uero fugerunt. State sta
te. et non est qui reuertatur. Diripite ar
gentum. diripite aurum. et non est fi
nis diuitiarum ex omnib; uasis desi
derabilib;. Dissipata et scissa et di
lacerata. et cor tabescens. et dissolutio
geniculorum. et defectio in cunctis re
nib;. et facies omnium sicut nigredo
olle. Ubi est habitaculum leonum. et
pascua catulorum leonum. Ad quam
iuit leo ut ingrederetur illuc catulus
leonis et non est qui exterreat. Leo ce
pit sufficienter catulis suis. et neca
uit leenis suis. et impleuit preda spe
luncas suas. et cubile suum rapina.
Ecce ego ad te dicit dominus exercituum.
et succendam usque ad fumum quadrigas
tuas. et leunculos tuos comedet
gladius. Et exterminabo de terra pre
dam tuam. et non audietur ultra uox
III nuntiorum tuorum. Ve ciuitas sangui
num. uniuersa mendacii dilaceratio
ne plena. non recedet a te rapina.
Uox flagelli et uox impetus rote.

et equi frementis. et quadrige feruentis.
et equitis ascendentis. et micantis gla
dii. et fulgurantis haste. et multitu
dinis interfecte. et grauis ruine. nec
est finis cadauerum. Et corruent in cor
porib; suis. propter multitudinem fornica
tionum meretricis speciose et grate
et habentis maleficia. que uendi
dit gentes in fornicationib; suis.
et familias in maleficiis suis. Ecce
ego ad te dicit dominus exercituum. et re
uelabo pudenda tua in facie tua.
et ostendam gentib; nuditatem tuam.
et regnis ignominiam tuam. Et proiciam
super te abhominationes. et contume
liis te afficiam. et ponam in exem
plum. et erit omnis qui uiderit te resiliet
a te et dicet. Uastata est niniue. Quis
commouebit super te caput. Unde
queram consolatorem tibi. Numquid meli
or es ab alexandria populorum que habi
tat in fluminib;. aque in circuitu
eius. cuius diuitie mare. aque mu
rus eius. ethyopia fortitudo. et egyp
tus. et non est finis. Affrica et libies
fuerunt in auxilio tuo. sed et ipsa in trans
migratione ducta est in captiuitatem.
Paruuli eius elisi sunt in capite om
nium uiarum. et super inclitos eius mise
runt sortem. et omnes optimates eius
confixi sunt in compedib;. Et tu ergo in
ebriaberis. et eris despecta. et tu que
res auxilium ab inimico. Omnes mu
nitiones tue sicut ficus cum grossis
suis. si concusse fuerint cadent in
os comedentis. Ecce populus tuus mu

lieres

in medio tui. inimicis tuis ad ap
tionem pandentur porte terre tue.
devorabit ignis vectes tuos. Aquam
propter obsidionem hauri tibi. et extrue
munitiones tuas. Intra in lutum
et calca. subigens tene laterem. Ibi
comedet te ignis. peribis gladio. de
vorabit te ut bruchus. Congregare
ut bruchus. multiplicare ut lo
custa. plures fecisti negotiationes
tuas quam stelle sunt celi. Bruchus
expansus est et avolavit. custodes
tui quasi locusta. et parvuli tui
quasi locuste locustarum. que considunt
in sepibus in die frigoris. Sol ortus est
et avolaverunt. et non est cognitus
locus earum ubi fuerint. Dormitaverunt pasto
res tui. rex assur sepelientur principes
tui. Latitavit populus tuus in montibus.
et non est qui congreget. Non est obscura con
tritio tua. pessima est plaga tua. Omnes
qui audierunt auditionem tuam compresse
runt manum super te. quia super quem non
transiit malitia tua semper. Expli
cit naum propheta. Incipit abacuhc
propheta.

Onus quod vidit aba
chuc propheta. Usque quo
domine clamabo et non
exaudies. vocifera
bor ad te vim patiens
et non salvabis. Quare ostendisti mihi
iniquitatem et laborem. videre predam et
iniusticiam contra me. Et factum est
iudicium et contradictio potentior.
Propter hoc lacerata est lex. et non pervenit
usque ad finem iudicium. quia impius
prevalet adversus iustum. Propterea egre
ditur iudicium perversum. Aspicite in gen
tibus et videte et ammiramini et
obstupescite. quia opus factum est in di
ebus vestris quod nemo credet cum narra
bitur. quia ecce ego suscitabo chalde
os gentem amaram et velocem ambu
lantem super latitudinem terre. ut posside
at tabernacula non sua. Horribilis et
terribilis est. ex semet ipsa iudicium et
onus eius egredietur. Leviores pardis
equi eius. et velociores lupis vespertinis.
et diffundentur equites eius. Equites namque
eius de longe venient. volabunt
quasi aquila festinans ad comeden
dum. omnes ad predam venient. Facies
eorum ventus urens. et congregabit quasi
harenam captivitatem. et ipse de re
gibus triumphabit. et tyranni ridi
culi eius erunt. Ipse super omnem mu
nitionem ridebit. et comportabit ag
gerem et capiet eam. Tunc mutabitur
spiritus. et pertransibit et corruet. Hec est
fortitudo eius dei sui. Numquid non tu a
principio domine deus meus. sancte meus. et non
moriemur. Domine in iudicium posuisti
eum. et fortem ut corriperes fundasti eum.
Mundi sunt oculi tui ne videas
malum. et respicere ad iniquitatem non
poteris. Quare non respicis super iniquos
gentes. et taces. devorante impio
iustiorem se. Et facies homines quasi
pisces maris. et quasi reptile non habens
principem. Totum in hamo sublevavit.
Traxit illud in sagena sua et con

gregauit in rete suū. sup hoc leta
bitur & exultabit. Propterea immola
bit sagene sue & sacrificabit reti suo.
qa in ipsis incrassata ē pars ei. & ci
bus ei electus. Propt hoc g expan
det sagenam suā. & semp interficere
II gentes n parcet. Sup custodiā me
am stabo. & figam gradū sup mu
nitionē. & contemplabor ut uideā
qd dicat' m. & qd respondeā ad ar
guentē me. Et respondit m dns &
dixit. Scribe uisum & explana eū
sup tabulas. ut percurrat q legerit
eū. qa adhuc uisus pcul. & appare
bit in finē & n mentiet'. Si morā
fecerit expecta illū. quia ueniens
ueniet & n tardabit. Ecce qui incre
dulus ē. n erit recta anima ei in
semet ipso. Iustus autē in fide sua
uiuet. Et quom uinū potantē de
cipit. sic erit uir supb; & n decora
bitur. Qui dilatauit qsi infernū a
nimā suā. & ipse quasi mors & n
adimplet'. Et congregabit ad se
oms gentes. & coaceruabit ad se
oms pplos. Numqd n oms isti sup
eum parabolam sument. & n lo
quelam enigmatū ei. Et dicetur.
Ue ei q multiplicat n sua. Usq; q
aggrauat cont' se densum lutū.
Numqd n repente consurgent q
mordeant te. Et suscitabunt' la
cerantes te. et eris in rapinā eis.
Quia tu spoliasti gentes multas.
spoliabunt te oms q reliqui fue
runt de pplis. ppt sanguinē ho
minis & iniqtatē tre ciuitatis. &
omniū habitantiū in ea. Ue qui
congregat auaritiā malā domui
sue. ut sit in excelso nidus ei. & li
berari se putat de manu mali. Co
gitasti confusionē domui tue. con
cidisti pplos multos. & peccauit
anima tua. qa lapis de pariete cla
mabit. & lignū qd int' iuncturas
edificior ē respondebit. Ue q edi
ficat ciuitatē in sanguinib;. & pra
rat urbē in iniqtate. Numqd n hec
a dno sunt exercituū. Laborabt
enī ppli in multo igni. & gentes in
uacuū. & deficient. qa replebitur
tra ut cognoscant glām dni qsi a
que opientes mare. Ue q potū dat
amico suo. mittens fel suū & ine
brians. ut aspiciat nuditatē eius.
Repletus ē ignominia p glā. bibe
tu quoq; & consopire. Circumdabit
te calix dextere dni. & uomit' igno
minie sup glām tuā. qa iniqtas
libani opiet te. & uastitas anima
liū deterrebit eos. De sanguinib; ho
minis & iniqtate tre. & ciuitatis
& omniū habitantiū in ea. Qd pd
ē sculptile. qa sculpsit illud fictor
suus. conflatile & imaginē falsā.
qa spauit in figmto fictor ei. ut fa
ceret simulachra muta. Ue q dicit
ligno. expgiscere. surge lapidi ta
centi. Numqd ipse doceri poterit.
Ecce ipse coopertus ē argento & auro.
& oms sps non ē in uisceribus eius.
Dns autē in templo sco suo. sileat

a facie eius omīs terra. Oratio aba
III Dñe audiui chuc p̄p ignoratiōib;
auditionē tuā & timui. Dñe
op̄ tuum in medio annoꝝ uiuifi
ca illud. In medio annoꝝ notū fa
cies. cū iratus fueris misedię recor
daberis. Ds ab austro ueniet. et
s̄cs de monte pharan. semp̄ dia
psalma. Operuit celos gl̄a ei᷒. & lau
dis eius plena ē t̄ra. Splendor eius
ut lux erit. cornua in manib; ei᷒.
Ibi abscondita ē fortitudo ei᷒. an
te faciē eius ibit mors. Egredietur
diabolus ante pedes eius. stetit
et m̄sus ē t̄ram. Aspexit dissoluit
gentes. & contriti sunt montē s̄cli.
Incuruati sunt colles mundi. ab
itinerib; eternitatis eius. Pro iniq̄tate
uidi tentoria ethyopie. turbabun
tur pelles t̄rę madian. Numq̇d in
fluminib; iratus es dñe. aut in flu
minib; furor tuus. aut in mari in
dignatio tua. Q̄ ascendes super
equos tuos. & quadrige tuę salua
tio. Suscitans suscitabis arcū tuū.
iuramenta tribub; que locut᷒ es. semp̄
Fluuios scindes t̄rę. uiderunt et
doluerunt montes. gurges aq̄rū
transijt. Dedit abyssus uocē suam.
altitudo man᷒ suas leuauit. Sol
& luna steterunt in habitaclo suo.
in luce sagittarū tuaꝝ ibunt in
splendore fulgurantis hastę tuę.
In fremitu conculcabis t̄ram. & in
furore obstupefacies gentes. Egr̄ss᷒
es in salutē p̄p̄li tui. in salutē cum
x̄p̄o tuo. Percussisti caput de domo
impij. denudasti fundamtū eius usq;
ad collum. semp̄. Maledixisti scep
tris ei᷒. capita bellatoꝝ eius. uenien
tib; ut turbo ad dispgendū me. Ex
ultatio eoꝝ. sicut eius q̇ deuorat
paupem in abscondito. Uiam fe
cisti in mari eq̄s tuis. in luto aq̄ꝝ
multarū. Audiui & conturbatus
ē uent̄ m̄s. a uoce contremuerunt
labia mea. Ingrediatur putredo in
ossib; meis. & subt̄ me scatat. Ut
requiescā in die t̄bulationis. & as
cendā ad p̄p̄lm accinctū n̄rm. Ficus
enim n̄ florebit. & n̄ erit germen
in uineis. Mentiet̄ opus oliue. et
arua n̄ afferent cibum. Abscidetur
de ouili pecus. & n̄ erit armentum in
p̄sepib;. Ego autē in dño gaudebo.
et exultabo in dō ihū meo. Ds dñs
fortitudo mea. & ponet pedes meos
quasi ceruoꝝ. Et sup excelsa mea
deducet me uictor. in psalmis ca
nentē. Explicit abachuc p̄p̄ha. In
cipit sopho
nias p̄pha
VERBUM DNI QD
factū est ad sopho
niam filiū chusi fi
lij godolię filij ama
rię filij ezechię. in dieb;
iosię filij ammon regis
iuda. Congregans congregabo
omīa a facię t̄rę. dicit dñs. Cong
gans hominē & pecus. congregan
uolatile celi & pisces maris. & ruinę

impiorum erunt. Et disperdam homi
nem a facie terre dicit dominus. et exten
dam manum meam super iudam et super
omnes habitantes ierusalem. et disperdam
de loco hoc reliquias baal et nomina
edituorum cum sacerdotibus. et eos qui ado
rant super tecta militiam celi. et iurant
in domino et iurant in melchom. et qui
auertuntur de post tergum domini. et qui non
quesierunt dominum. nec inuestiga
uerunt eum. Silete a facie domini quia
iuxta est dies domini. quia preparabit dominus
hostiam. et sanctificabit uocatos suos.
Et erit in die hostie domini. uisitabo
super principes. et super filios regis. et su
per omnes qui induti sunt ueste peregrina.
et uisitabo super omnem qui arroganter
ingreditur super limen in die illa. qui
complent domum domini dei sui iniqui
tate et dolo. Et erit in die illa di
cit dominus. uox clamoris a porta pis
cium. et ululatus a secunda. et contritio
magna a collibus. Ululate habita
tores pile. conticuit omnis populus
chanaan. disperierunt omnes inuo
luti argento. Et erit in tempore il
lo scrutabor ierusalem in lucernis. et
uisitabo super uiros defixos in feci
bus suis. qui dicunt in cordibus suis. non
faciet dominus bene. et non faciet male.
Et erit fortitudo eorum in direptio
nem. et domus eorum in desertum. Et edi
ficabunt domos et non habitabunt.
et plantabunt uineas. et non bibent ui
num earum. Iuxta est dies domini mag
nus. iuxta et uelox nimis. Uox
diei domini amara. tribulabitur ibi for
tis. Dies ire dies illa. dies tribulatio
nis et angustie. dies calamitatis et
miserie. dies tenebrarum et caliginis.
dies nebule et turbinis. dies tube
et clangoris. super ciuitates munitas
et super angulos excelsos. Et tribula
bo homines et ambulabunt ut ce
ci. quia domino peccauerunt. Et effun
detur sanguis eorum sicut humus. et
corpora eorum sicut stercora. Sed et
argentum eorum et aurum eorum non pote
rit liberare eos in die ire domini. In ig
ne zeli eius deuorabitur omnis terra.
quia consummationem cum festinatio
ne faciet cunctis habitantibus terram.
Conuenite. congregamini gens non II
amabilis. priusquam pariat iussio
quasi puluerem transeuntem diem. An
tequam ueniat super uos ira furoris
domini. querite dominum omnes mansueti
terre. qui iudicium eius estis operati. Que
rite iustum. querite mansuetum. si quo
modo abscondamini in die furoris
domini. quia gaza destructa erit et asca
lon in desertum. Azotum in meridie
eicient. et acharon eradicabitur. Ue
qui habitatis funiculum maris. gens
perditorum. Uerbum domini super uos chana
an terra philistinorum. et disperdam te
ita ut non sit habitator. Et erit funi
culus maris requies pastorum et caule
pecorum. et erit funiculus eius qui reman
serit de domo iuda. Ibi pascentur
in domibus ascalonis. ad uesperam re
quiescent. quia uisitabit eos dominus deus eorum.

et auertet captiuitatem eorum. Audiui
obprobrium moab. et blasphemias
filiorum ammon. que exprobrauerunt
populo meo. et magnificati sunt super
terminos eorum. Propterea uiuo ego dicit
dominus exercituum deus israel. quia moab ut
sodoma erit. et filii ammon quasi go
morra. Siccitas spinarum et acerui
salis. et desertum usque in eternum.
Reliquie populi mei diripient illos.
residui gentis mee possidebunt eos.
Hoc eis eueniet pro superbia sua. quia
blasphemauerunt et magnificati sunt
super populum domini exercituum. Horribilis
dominus super eos. et attenuabit omnes deos
terre. Et adorabunt eum uir de loco su
o. omnes insule gentium. Sed et uos ethy
opes. interfecti gladio meo eritis. Et
extendet manum suam super aquilonem
et perdet assur. et ponet speciosam in
solitudinem et inuium. et quasi desertum.
Et accubabunt in medio eius greges
omnes bestie gentium. et onocrotalus.
et ericius in liminibus eius morabuntur.
Uox cantantis in fenestra. coruus in
superliminari. quoniam attenuabo robur
eius. Hec est ciuitas gloriosa habitans in
confidentia. que dicebat in corde
suo. Ego sum. et extra me non est a
lia amplius. Quomodo facta est in de
sertum cubile bestie. Omnis qui transit
per eam sibilabit. mouebit caput suum.
III Ue prouocatrix et redempta ciuitas. colum
ba non audiuit uocem. et non suscepit dis
ciplinam. In domino non est confisa. ad deum
suum non appropiauit. Principes eius
in medio eius quasi leones rugientes.
Iudices eius lupi uespere non relinquebant
in mane. Prophete eius uesani. uiri in
fideles. Sacerdotes eius polluerunt
sanctum. iniuste egerunt contra legem.
Dominus iustus in medio eius non faciet in
iquitatem. Mane mane iudicium suum
dabit in luce et non abscondetur. Nes
ciuit autem iniquus confusionem.
Disperdidi gentes. et dissipati sunt an
guli earum. Desertas feci uias eorum.
dum non est qui transeat. Desolate sunt ci
uitates eorum. non remanente uiro. nec
ullo habitatore. Dixi. Attamen time
bis me. suscipies disciplinam. et non pe
ribit habitaculum eius. propter omnia in quibus
uisitaui eam. Ueruntamen diluculo
surgentes corruperunt omnes cogitationes
suas. Quapropter expecta me dicit dominus
in die resurrectionis mee in futurum.
quia iudicium meum ut congregem gentes
et colligam regna. Et effundam su
per eas indignationem meam. omnem iram
furoris mei. In igne enim zeli mei de
uorabitur omnis terra. quia tunc reddam
populis labium electum. ut uocent omnes
in nomine domini. et seruiant ei humero
uno. Ultra flumina ethyopie inde
supplices mei. filii dispersorum meorum
deferent munus mihi. In die illa non con
funderis super cunctis adinuentio
nibus tuis. quibus preuaricata es in me.
quia tunc auferam de medio tui magni
loquos superbie tue. et non adicies exalta
ri amplius in monte sancto meo. Et
derelinquam in medio tui pauperem

et egenū. et sperabunt in nomine
dn̄i reliquię isrl̄. Non facient ini
quitatē nec loquentr̄ mendacium.
et n̄ inuenietur in ore eoꝝ lingua
dolosa. Qm̄ ipsi pascentr̄ et accuba
bunt. et n̄ erit q̄ exterreat. Lauda
filia syon. iubila isrl̄. letare et ex
ulta in omī corde filia ihrl̄m. Ab
stulit dn̄s iudiciū tuū. auertit in
imicos tuos rex isrl̄. Dn̄s in medio
tui. n̄ timebis malū ultra. In die
illa dicetur ihrl̄m noli timere. Sy
on n̄ dissoluantr̄ manꝰ tuę. Dn̄s ds̄
tuus in medio tui. fortis ipse sal
uabit. Gaudebit sup te in leticia.
silebit in dilectione tua. et exul
tabit sup te in laude. Nugas q̄ a
lege recesserant congregabo quia
ex te erant. ut n̄ ultra habeas sup
eos obprbriū. Ecce ego interficiā ōs
q̄ afflixerunt te in tempe illo. et
saluabo claudicantē. et eā quę e
iecta fuerat congḡgabo. Et ponā
eos in laudē et in nomī in omī trā
confusionis eoꝝ. In tēpore illo q̄ ad
ducam uos. et in tēpore q̄ congre
gabo uos. Dabo enim uos in no
men et in laudē omīb; poplīs trę.
